probabiliter complectitur. Certitudinem
etiam sanitatem aut egritudinem
aut statum qui dicimus neutraliter
sanitatem quoque ipsam expressioribus
signis agnoscunt et vitium aequis
causis noscunt efficacissime curant.
Si vero ut ubi certum utraque causas igno
rant quomodo curant. Ideo utique ve
ris vel falsis sed pertime iudicium non
quod ex signorum cognitione perierunt
et si difficile sepe verissimum est me
te quam signis tranquillitas et va
rie tempestatum forme potestatesque
producuntur que velut in speculo
lune orbis insinuat. Videt namque
rubicundum colorem ventos tremens
pluvias ex utroque commixtum nim
bos indicat furentes quam procellas
letus orbis serenitate navigiis re
promittit quam gestat vultu purpure
sequente orte. Sol enim auctor certissimus
est neque obtusis cornibus rutilat. neque
infusus fulget humore fuscatus. Que
in toto ire dies et qui nascuntur ab
illo exactum ad mensem vento plu
via quod carebunt. Sol quoque candens in
terest utrum equalibus candeat radi
is an obiecta nube rutilat. utrum
solito splendore fulgeat an ventis
urgentibus igneus rubore fit pallidus
an pluvia impendente sit maculosus
aer vero et nube ipsum. Iubeum quia ma
gnitudo vel species plurimum afferunt
instructionis. Sed et aves et pisces

Prestigia de ... gestibus

futurorum certissima produnt signa
que Virgilius et Lucanus diuino
comprehenderunt ingenio. Sed et
Varro in libris navalibus dum
solitos instruit nautas. Capitulum iii
viii. Quid significet gene-
racio solis nimium rubea
Dubie non in sole secundum naturam
signa contingerent certissima sunt
et auctorum multorum testimonia com-
probata. Solem dicere falsum quis
audeat. Quotiens ergo sol in celo
videbitur geminari inundacionem a-
quarum subiectus orbis expectat et
licet a raritate sui miraculis vi-
deatur attendere, opus tamen non est, que
quidam soles non geminat, sed nubem
simillimam facit vocatur que parali-
on. Est enim paralion nubes simil-
lima soli. Signum quidem minus, que
et si non equale. Capitulum Signorum
alia vniuersalia alia particu-
laria. Capitulum xiiii.
Signorum siquidem alia vniuersalia
alia particularia sunt. Particularia
vero faciunt singulis, vniuersalia
multis aut vniuersis. Vtraque aut
modo excellenti disposicione creatoris
modo ex natura rerum, modo ex
malicia demonum, homines deo per-
mittente ludificancium prouenire di-
cuntur. Sed que et quo qua vel per
causa contingunt quidem difficile est
et fere inuenitur et sepe altius ge-
nus ab homine valeat expediri.
His tamen licencius vanitate mathe-
maticorum referti sunt libri. Eneas
matre dea monstrante mandata
vana fata secuturum se asserit, eo
quod egredienti lucifer qui et Venus
dicitur ad Italiam peruenit apparuerit
auspicanti effectus solis varios li-
nee que labores rerum euenientibus curiosi-
tas humana coaptat. Capitulum De si-
gnis que precesserunt excidium
Ierosolimitanum nouissimum
Nescius refert historia sic dicta
quia est auctor eius incertus
et vetera refert. Quod im-
minente Ierosolimorum excidio ex-
posito lune per duodecim noctes
continuas eciam in remotissimis locis
protracta est. Forte significans in-
deuote perfidie et superstitiosi erroris
peruersionem que Christo per predicacionem
apostolicam mundo illucescente extitisse
contigit. Scriptum est enim: Stultus sicut
luna mutatur, ut luna sapiens vero cum so-
le permanet. Alia quoque plurima di-
uino super eos imminente iudicio
acciderunt. Que si per singula
prout ab auctoribus digesta sunt
tempero enarrare, uix sola hec porcio
temporis desiderabit et dicam. Nam au-
tem auctore Josepho compendioso
sermone perstringam. Eo quod ad robo-
randam fidem nostram proficiunt et ad
retundendam obstinatam perfidiam Iude-
orum. Quadraginta namque per
admissum piaculum continuis pro-
tracta annis impiorum pena dif-
fertur, in quibus et apostolis omnibus pre-
cipue tamen Jacobus qui dicebatur frater domini
Ierosolimis episcopus constitutus inde-
sinenter populum commisse impietatis
ausum detestabile commonebat, si forte
possent commissi penitudinem ge-
rere, si possent flere pro scelere
et vltrices penarum flammas lacri-
marum vbertate restinguere conabatur.
Videbant namque eis deus penitenciam pre-
dictam, qui ipsorum quereret pro salute, qui ea-
non vult deus tamen mortem peccato-
ris quantum ut conuertatur et viuat. Ad fal-
lere aut aduertere mentis duriciem cre-
nitebatur diuina maiestas signis et
prodigiis celitus datis, terrores
quoque simul et minantem dexteram
ostendendo porrigens miserendo
de quibus super hec historiographi
fides, ut in ceteris eciam in hoc suffi-
ciens erit. Relegamus ergo que illo
in sexto historiarum suarum libro
de his ipse signauit Josephus.
Sed infelicem inquit plebem deter-
rimi quidem homines et deceptores
falsa vaticinantes suadebant, ut
euidentibus signis et indiciis iracun-
die et indignacionis diuine non fidem

quibus aperte futura signa et verba et gesta
presagabant excidium. Sed velut attoni-
ti et amentes qui nec oculos nec
animas in se habent, spernebant
omnia que celitus indicabant. Et
cum stella consimilis gladio per annum
similis imminere desuper civitati
et cometes postea cruciatibus flam-
minis visa est ardere per totum an-
num. Sed et ante excidii tempus ac
belli, cum ipsi ad diem festum convenis-
sent octava die mensis xantici
qui est aprilis noctis tempore hora
nona tantus fulgor luminis aram
templumque circumdedit ut putarent
omnes diem clarissimum factum et
permansit spacio temporis dimidie hore / im-
periti et ignari prosperum quod
videbatur. Sed legisperitos et probos
quosdamque doctores non latuit exci-
dii portentum. In eadem quoque festi-
vitate vitula sacrificiis admota et
aris assistens inter ipsas ministro-
rum manus enixa est agnum. Sed
et ianua interior edis que respi-
ciebat ad orientem cum esset ex ere so-
lido induta ac proinde immen-
si ponderis que vix viginti viris
summo conatu clauderetur, ferre-
is quoque vectibus et seris mu-
nita ac pessulis valde demis-
sis teneretur, obstructa repente
hora noctis sexta prima et vice-
sima die mensis apparuit spon-
te patefacta. Sed et transacto
die festo post aliquos dies prima
et xxa die mensis arthemesii qui
et apud nos maius vocatur
prodigiosum apparuit visum et fidem
pene excedens quod vere falsum
putaretur nisi oculorum fidem con-
firmasset et maiorum secuta perni-
cies. Etenim ante solis occasum
visi sunt currus et quadrige
in omni regione per aerem et ar-
matorum cohortes misceri nubi-
bus et urbes circumdari agminibus
improvisis. In alia vero die fe-
sto qui pentecostes appellatur noctu

sacerdotes ingressi templum ad ministeria ex
more complenda primo quidem mo-
tus quosdam strepitusque senserunt
tum deinde voces subitas audiunt di-
centes: Migremus hinc migremus
ex sedibus istis. Additur et hoc quod ter-
ribilius. Etenim quidam Ananie
filius Jesus nomine vir plebeius et
rusticus ante quartum belli annum cum
civitas in pace et abundancia polle-
ret in die festo tabernaculorum
repente cepit clamare: Vox ab ori-
ente, vox ab occidente, vox a quatuor
ventis, vox super Iherusalem et tem-
plum, vox super sponsos et sponsas,
vox super populum. Et indesinenter die
noctuque per omnes plateas circuiens
hec clamabat usque quo primores
populo viri velut infausti presagii
indignatione commoti correptum hominem
multis verberibus afficiunt. At ille
nequaquam pro se aliquid eloquens
sed nec eos quidem qui cruciaverunt
deprecans easdem voces pari obsti-
natione et clamore repetebat. Tan-
dem principes intelligentes ut res
erat numinis esse in viro motum
perducunt eum ad iudicem Romanorum
apud quem flagris usque ad ossa
laniatur. Nec preces nec lacri-
mas fudit sed tantum voce mi-
serabili et quodam eiulatu cunc-
tis per singula pene verba proferebat,
addens etiam hoc: Ve ve ve Ie-
rosolimis. Prosequitur et aliud
idem historiographus maiori
gestum miraculo dicens oraculum quod-
dam in sacris literis repertum quod
pridem tempus virum desiceret ex
eorum regione processurum qui
totius orbis potiretur imperio. Cuius
oraculi presagium idem historiographus
Vespesianum declarare suspicatur.
Sed Vespesianus non aliis quam illis
solis gentibus que Romano imperio
videbantur subdite dominatus est. Unde
Augustinus ad Christum hec responsa refert
adhuc dixerat pater: Pete a me
et dabo tibi gentes hereditatem
tuam et possessionem tuam terminos

tre. Et tunc per idem tempus per
apostolos suos. Qui autem terre erant
sparsi eorum sonus in fines orbis terre
verba eorum. *Quanta fuit calami-
tas obsessorum et obstinate ma-
licie et quis fuit finis. Et que
pietas Titi. Capitulum vi*

Hinc tot et tanta medi-
ocris plage aut per-
functorie indignatio dei
addidit imprimere Judeorum signorum
pertransisse videantur judicia. Cala-
mitatem intollerabilem, excidium
irreparabile reprobate et execrate
gentis inaudita et cunctis secul[is]
incognitam servitutem sustinendo
[illegible] perpetrat. Quantis ergo ma-
lis tunc universa multitudo sit
ubique ipsa Judea terra bello fame
igne cedibus vastata sit. Quanta
aliorum miseria patres simul cum
coniugibus ac parvulis liberis ab-
sque imo et absque distinctione tru-
cidati sunt. Que etiam diversarum
urbium obsidiones, sed et ipsius
magnifice et famosissime civitatis
Jherusalem quanta vastitas et quan-
ta fuit diversarum mortium stra-
ges. Quis per hec singula ex-
titerit bellorum modus et ut vo-
lumine quod prophete dixerunt ab-
hominatio desolacionis in ipso quo-
dam dei famosissimo collocata
sit templo, ut quod ad ultimum cunc-
ta ignibus depopulatus sit et flamma
consumpserit. Si quis plenius nos-
se velit istoriam Josephi relegat.
Nos vero ex hiis ea tantum que ad expli-
nationem suscepti operis sufficiant
assumemus. In quibus refert
hec ex omni Judea populi in die solem-
pni pasche Jerosolimam velut carcer-
ali quadam manu cogente convene-
rant. Quos trecenta milia decies
hominum fuisse, iusto utique dei iudicio
tempore hoc ultionis electo, ut qui
in diebus pasche salvatorem suum
et salvatorem omnium Christum dei cru-
entis manibus et sacrilegis vo-
cibus violaverunt. In ipsis diebus
velut in unum carcerem omnis multitu-
do conclusa fatalis pene exitium
merebatur. Excepto preteribo sane
que in eos vel gladii cede vel
aliis belli machinis collata sunt
explicare. Ea tantum modo que di-
re famis exitio pertulerunt, supra-
dicti istoriographi sermonibus pro-
feram, quo legentes hec intelligant
quantum piaculi sit audere aliquid
in Christum et quam gravibus causa
suppliciis expientur. Hec itaque
libro Josephi istoriarum lib v conti-
netur in medio, ex quo omnis eorum
luctuosa tragedia prostat. Di-
vitibus autem permanere idem
aut perire unum atque idem erat.
Si in urbe permansissent facul-
tatum suarum tanquam crimine obiecto
quasi qui de transfugiendo cogi-
tarent perimebantur. Necessi-
tas vero famis occisorum extolle-
bat arrogantiam. Et utroque simul
in eodem ad temeritatem crescebat.
Publice quidem frumentum nusquam
omnino erat. Sed irruentes per
sediciones perscrutabantur domos, et
si quid invenissent tanquam de his
que fefellissent penas sumebant.
Si vero non invenissent nichilominus
tanquam eos qui occultius et
diligentius absconderent cruciabant.
Indicium vero ab eis pabuli capie-
bant hoc ipso quod adhuc vive-
rent et subsisterent corporibus vi-
debantur tanquam qui profecto
iam interissent nisi absconditos
usque propriam haberent cibos. Si quos
sane tabescentes macie vidis-
sent, hos tanquam verna preteribant
superfluum putantes punire quos
paulo post absumeret fames. Mul-
ti tamen in occultis omni censu suo
mutati sunt unius metreto si di-
vites frumenti, ordei si inferiores
fuerunt et claudentes se in intimis

quibuscumque penetralibus domus inde-
rent. Alii vero in panes confectos fru-
ges edebant. Alii vero ut inquirenti neces-
sitas vel metus permitteret cruda ge-
bant, et mensam quidem nullus iam
expectabat apponi, sed ex ipsis cineri-
bus igni rapiebant rapientes se-
micruda velut furtiva devorabant.
Et erat miserabile ipsius cibi specta-
culum mirabile cum validiores que
inventa diriperent. In vestibus
vero nil preter luctus superesset ac
lacrimas. Et omnem licet acerbitatem
rerum superaret fames, tamen nil
ita subvertit atque subvertit sicut
verecundia, quicquid enim salvis re-
bus pudore dignum est, illud in
hac necessitate contempnunt. Denique
et uxores de virorum manibus et
filii de parentum, et quod est infeli-
cius matres cibos de parvulorum
manibus atque ore rapiebant. Et
cum dilectissimi liberi in manibus
atque ante ora positi tabescerent,
exigua vite subsidia a dentibus
ipsis eximere nemo parcebat.
Verum nec ipsos quidem infelices et
exiguos sic comedentes late-
bant cibos. Sed continue ade-
rant predones quis et statim et
clausas fores. cum sperarent con-
spexissent fores indicium credebat
esse quod intrinsecus positi
ederent, et repente despicatis
foribus rapientes irruebant, atque
abruptis ut ita dicam faucibus
exprimentes si quid forte sumptum
iam fuerat recuperabant. Verbe-
rabant senes si cibos vendicare
temptassent, sparsis etiam crini-
bus mulieres trahebant occul-
tare intentes. Si quid forte de-
prehensum fuisset in manibus. Nul-
la senibus reverentia, nulla erga
parvulos misericordia, sed in extremo
panis fragmento inherentes par-
vulos et ex ipso cum inheserant
suspensos elidebant in terram.

Jam eum vero qui raptores cibo preveni-
sset absumpto crudelius seviebant
et excogitabant dira supplicia,
obturantes infelicibus naturales
digestionis meatus. Aliis vero parti-
bus sudes per eadem verenda adigen-
tes. Horresco que gesta sunt refe-
rens ad confessionem. Post hec vero unius
panis aut ciathi farine reper-
tos urgebant fame. Ita ipsi
tortores non paciebantur famem,
esset ut quodammodo tolerabilius si
fieret compulsi inedia facere viderentur.
Sed ut vel pararent sibi in posterum
cibos vel crudelitas exercitio conval-
esceret. In his ergo etiam si qui forte
furtim per stationes hostium pro col-
ligendis herbis erupissent, occurrentes
eis qui se hostium manus effugisse
gauderent diripiebant quicquid at-
tulissent. Supplicantibus autem et ter-
ribile quoddam sibi nomine dei impreca-
tibus ut vel partem aliquam ex his
que secum attulerant et mortis peri-
culo quesierant indulgerent, nil
prorsus prebebant, sed hoc beneficii lo-
co cessaret si comprehensum vivum
reliquisset [illegible]. His autem per an-
gusta adaugetur dietim. Judeis vero
cum egressu urbis omnis pariter spes
excludebatur salutis, et invalescens
acerbitas famis domos simul ac
familias gentium que vastabat,
ita ut in penetralibus strata iacerent
mulierum parvulorum que cadavera, per
plateas vero infelicium senum corpora
fame macrata qui etate consumpta
iuvenes vero atque omnis etas robus-
tior velut simulacra quedam in vicis
et egressibus oberrabant. corruen-
tes quocumque loci gressum surripu-
isset inedia. Sepelire autem cadave-
ra proximorum vel defunctorum multi-
tudo vel virium debilitas permitte-
bat. simul et pro sue vite victu
unusquisque verebat. Denique ali-
quanti supra eos quos sepeliebant
animas emisere, multi etiam dum per-
ferrent funera, prius ad sepulturam

venirent amicis efflabat. Nec planctus ex more defunctis exhibebatur aut luctus quia hoc sibi totum vendicaverat fames / sed nec ariditas in oculis humorem umquam reliquerat lacrimarum. Obsederant civitatem profunda silentia et nox plena mortis cuncta contexerat. Super hec malis omnibus graviores soli vigebant predones qui ne sepulcra quidem dixi perrumpere et spoliare cadavera illic iacentia dubitabant / non tam predam petentes quam scelus irrisione cumulantes et aciem gladiorum suorum in cadaverum obtruncatione probantes. Interdum etiam nonnullos adhuc spirantes mucrone examinandos agebatur. Quod alii semivivi cernentes cum viderent supplices dexteras protendebant / ut in se quasi beneficii loco exercerent scelus quo se cruciatibus famis absolverent. Sed novo crudelitatis genere necem quam sponte inferebant si rogarentur negabant / quod tamen unusquisque deficientium cum gemitu retorquebat oculos ad templum non de morte sua dolens. sed de impunitate predonum quos superstites relinquebant. Et quidem primo sumptu publico sepelire mortuos iusserant fetoris intolerantia / ut vero omnem sumptum cepit vincere multitudo morientium de muro cadavera precipitabant. At cum Titus circuiens prodisset repletas cadaveribus mortuorum valles et humani corporis tabe patriam terram rigari / cum ingenti gemitu elevatis in celum manibus deum invocat testem / hec sui causa non provenire. sed ista sustinere morituri. Et post aliquanta Josephus iterum talia prosequitur. Non cunctabor inquit proferre quod sentio arbitror enim quod etiam si adversus impios tunc romanorum paulisper arma cessassent aut hiatu terre aut aque diluvio aut sodomitanis ignibus et fulminibus celitus tactis supplicium civitas dependisset / que multo infaustior est illis qui hec passi sunt / et nequiorem virorum presentem hanc protulissent etatem pro quibus omne genus perit meretur extingui. Sed in sexto libro de eisdem talia scribit. Eorum inquit qui per totam civitatem famis inedia corrumpebatur. multitudo innumerabilis erat quorum non explicari miseria potest. Per singulas namque domos sicubi fumus aliquid cibi receptum bella continuo et cedes inter caros ipsos inter parentes ac liberos nascebantur / dum non solum e manibus. sed ex ipsis etiam faucibus invicem cibum eripere certabant. Fides autem nec mortuis erat sed et ipsi cum iam spiritum exhalarent perscrutabantur a predonibus ne cui forte intra gremium cibi aliquid resideret. Alii autem pre inedia hiantes velut rabidi canes huc atque illuc ferebantur / et quasi insania quadam exagitati in easdem domos sub momento temporis iterum ac sepius irruebant. Omnia necessitas vertebat in cibum. Etiam ista que nec mutis quidem animalibus esse usui sunt. Ad ultimum nec loris quidem vel cingulis aut etiam ipsis calciamentis abstinuerunt. Scortarum quoque indumenta detrahentes conscissa dentibus ingerebant. Nonnulli etiam feni veteris festucas edebant. Sed quisquiliis collectis parvissimum pondus dragmis quattuor distrahebant.

Rubrica vij de Maria muliere Jerosolimitana que fame urgente proprium filium comedit. capitulum vij

Sed quid opus est per hec pondus famis lectio explicare / cum gestum sit ibi facinus illud. quod neque apud grecos neque apud barbaros usquam

accepit audita. Horrendum quiddam dictu, auditu vero incredibile, et quod libenter tam immane facinus siluissem, ne quis me credat monstruosa narrare, nisi multos huius mei temporis viros testes commissi sceleris habuissem. Porro vero illud aliquid in hoc opere me praestare arbitror, si subtraxerim coram verba que pertulit vera facta. Mulier quedam ex hiis que ultra Jordanem commanebat, Maria nomine, Eleazari filia, de vico Bethezab, quod interpretatur domus ysopi, genere et facultatibus nobilis, cum reliqua multitudine que confluxerat Jerosolimis recepta, communem cum omnibus obsidionis casum ferebat. Huius reliquas quidem facultates quas de vico in urbem converterat, tyranni penitus invaserant. Si quid vero reliquiarum ex magnis opibus fuerat quibus victum quotidianum protrahere possent, irruentes per momenta predonum satellites rapiebant. Propter quod ingens mulierem velut insania iam quedam ex indignatione fatigabat, ita ut interdum predones maledictis in necem sui et conviciis instigaret. Verum cum nec irritatus quisquam neque miseratus eam opprimeret, et si quid forte cibi finxisset, ab ea quesitum id ab alio quereretur, nec iam usquam reperiendi copia fieret, et fames ac ira visceribus ipsius insideret ac medullis, et ad furorem urgeret iam inedia, fame et ira pessimis usa consultoribus contra ipsam iam armatur naturam. Erat autem ei sub uberibus parvulus filius lactens. Hunc autem ante oculos ferens, Infelicis, inquit, matris o infelicior fili, in bello, fame et direptione predonum cui te reservabo? Nam etsi vita sperari posset, et iugo Romane servitutis urgemur. Sed nunc etiam ipsam servitutem preveniunt fames et predones, qui utraque vi graviores urgent. Veni ergo, o mi nate, esto matri cibus, predonibus furor, seculis fabula, que sola deerat cladibus Judeorum. Et cum hec dixisset, simul filium iugulavit. Tum demum igni suppositum coxit, et medium quidem ipsa consumit, aliud vero reservavit obtectum. Et ecce confestim predones irruunt, et combuste carnis odore concepto mortem minantur, nisi sine mora cibos quos paratos senserant demonstraret. Tum illa, Et optimam, inquit, partem vobis reservavi. Et continuo que supererant membra detexit infantis. At illos repente ingens horror invasit, et crudeles quamvis animi diriguere, vox faucibus interclusa est. Illa vero ferali vultu et ipsis etiam predonibus truculentior, Meus, inquit, hic est filius, meus est partus, et facinus meum est. Edite, nam et ego prior comedi quem genui. Nolite effici aut matre religiosiores aut femina molliores. Quod si vos pietas vincit et execramini cibos meos, ego qui iam talibus pasta sum, ego his iterum pascar. Post hec illi territi trementesque discedunt, quia hunc solum ex omnibus facultatibus suis misere matri relinquerant cibum. Repleta est autem universa civitas confestim nephario scelere inaudito, et unusquisque ante oculos facinus quod perpetratum fuerat adducens, tanquam si ipse hoc perpetrasset, horrebat. Omnes autem quos famis necessitas urgebat festinabant ad mortem, beatos dicentes eos quibus contigit interisse priusquam talium malorum pollucionem audirent. Et Josephus

De ruina occisorum et captivorum et fame peremptorum. Capitulum viii

Hic vero tanta calamitas quem habuerit exitum, eodem auctore referente, perpetuas adnectam. Colligens enim supradictus historiographus

omnem numerum peremptorum vel fame
uel ferro. Undecies centena mili-
a designat. Ceteros vero latrones
uel sicarios ac predones per urbem
creditum mutuum vexabant interfi-
ci vulneribus. Electos autem quosque
iuvenum quos decor corporis et
proceritas commendabat ad trium-
phum dicit esse servatos. Reliquos
autem qui supra septem decem et septem
annos agebant etatis vinctos
ad opera Egipti promontella desti-
natos vel per ceteras provincias
esse dispersos. Alios autem ad ludos
gladiatores. Alii vero ad bestias tra-
derentur. Si vero qui intra septim-
um et decimum etatis recepti sunt annum
per diversas provincias in servitu-
tem distrahi deinde iussi sunt. quorum
numerus usque ad nonaginta milia
perducta est. Hec vero omnia gesta
sunt secundo anno Vespesiani
imperii. Iuxta ea que dominus
et salvator noster predixerat. Cumque
enim ea que gerenda erant presentia
videret. Sicut eo studio evangelistarum
fidem. Videns civitatem flevit
super illam. Et velut de auribus eorum
observantibus est. Hec verba. Si cognovisses
et tu in hac die que ad
pacem tibi sunt. Nunc autem abscondi-
ta sunt ab oculis tuis. Venient dies
in te. et circumdabunt te
inimici tui vallo et coangustabunt te
undique. et ad solum prosternent te
et filios tuos in te. In hunc modum
cum plurima divine comminacionis to-
nitrua publice indurat auribus
resonabant quo usque postremus in-
teritum. Sed et ipsi iusti singulariter
et cuncti qui ab eius impiis nuncque ef-
fusus est iusto iudicio dei generaliter
attriti sunt pro flagiciis bellis stra-
ti et patriis sceleribus divine indignacionis
deciderunt turbine. Et in urbe gloriosa
ut lapis super lapidem remaneret fuit
per ipsa indurati et quovis lapide
durioris tribulacio tanta quanta

non fuit ex quo gentes esse ceperunt
usque ad diem hanc. De peregrina-
cione fidelium quos sub ea tempestate
fugerunt et apud Pellam. c. ix.
Ecclesia vero que fuerat Iero-
solimis congregata omnibus
fugere iussa est trans Iorda-
nem ad opidum quoddam nomine Pel-
lam. Divino sibi ablato ab urbe cul-
toribus dei celestis vindicte feret
locus que in urbem gente sac-
rilegam fuerat exercenda. Ut dicit Eu-
sebius cesariensis in ecclesiastica isto-
ria plenius refert. Testimoni-
um quod perhibuit Iosephus
de Christo. Capitulum x. littera x
Et quidem hec verba omnia
rectissime passi sunt qui
in filium dei manus sacri-
legas extendere presumpserunt
cum testimoniis scripturarum et
virtute mirabilium operum ipsum
Christum deum esse constaret. Unde Io-
sephus refert autem hiis tempo-
ribus Ihesus sapiens vir si
tamen eum virum appellare fas
est. Erat autem mirabilium
operum effector. Doctor quoque ho-
minum eorum qui libenter
que vera sunt audiunt. Et
multos quidem Iudeorum mul-
tos esse ex gentibus sibi ad-
iunxit. Christus hic erat. Hunc
propter accusacionem primorum
nostre gentis virorum cum
Pilatus in crucem agendum
esse decrevisset, non deseru-
erunt eum qui ab inicio eum
dilexerunt. Apparuit enim
eis tercia die iterum vivus
secundum quod divinitus inspirati
prophete vel hec vel alia de eo
innumera mirabilia miracula
futura esse predixerant. Sed et
in hodiernum diem christianorum
qui ab eo nuncupati sunt et
nomen perseverat et genus

sedm q dmitg mspiati pphe vel
hec vel alia de eo immanea mia
bilia miracula futura esse pdixert
Sed et in hodiernu die xanoz
qui ab eo nuncupati sut et nome
psevcat etc gens Rubrica videa
de Vespesiano qui clau
dm et ceci curasse le
gitur . ccv xi

Vespesianu qz Iudee
vastato cm prem qz Ti
ti Ierosolimoz pu
eussoris ut quibg septeribus
placuit miraculoz signis ad fa
ciendam vindictam dei digit
excitauit Cum naqz nec dum
imperatore quidaz ex plebe luminbg
orbatus Et qz alius claudg
crure debilis sedentez p tbunali
pit adierunt orantes opem vali
tudinis eo q sibi foret iqmeta
mratum oclos restituedos si eos
le inspiceret et cruis debili robo
randum si illud dignaretur calce
otinge Orantbg aunt vix
licz vtrmqz tentauit nec defuit
eventus Tmpiud qz enis et
mteritus vitelly et othonis qui
fedo neroni successat plurbg ce
lestiu signis onsuz e et pro
parte stupendis Signa esse
que contra naturaz
fiut . ccxv xii

De vo hmgdi stupore
digna in hys otingut
plerzqz signa ee non
ambigit quisqz eventu pmissio
fideliter meminit Cum scriptu sit
Erunt signa in sole et luna
et stellis etc Ea tn q hic pro
uidentur sine pindicio sentencie
melioris ea intelligenda arbi
tror que in hys que c nam
sunt / quale est q sol obscuratus

est in passione dni velum scissu
petre rupte monumenta apta
et sctoz que dormierut corpa
surrexerut Nalis enim eclipsis
no potuit esse qui lunaris cor
poris obiectu otingit cu ostent
pridie luna xiiij exstitisse
nisi forte quis de Iudaica p
fidia incredulitate sive solacium
intuetur assens cu eis venem
tm in ecliptica linea Soli fuisse
opposita que qs magna e Et ut
astrologi tradunt sola de qnqz si
deribus de nocte desr vmbram
emittit ut luna Et qz nec raco
pbat nc auctoritas vel fides cpbat
reputanda inutile Si enim adeo luciosuz
e veneris corpis que tantas pat
tenebras Dyonisius Ariopagita in
epla ad policarpu scribit se et
plures alios philozofantes tunc
vidisse luna Soli incidente et q
c naz no enim erat coitus tpe Ecco
em pq mod paulo pdicante quis se
dedit occasionem Sed no tm plures
alii hic locutos Sz dionisiu
pfero quia quod vidit scripsit alii
pprias secuti opiniones Sunt et
signa pleraqz no mo vlra s et
cnalia sic id qd deo mouente te
nebre facte sunt puniversaz terraz ab
hora sexta vsqz ad nona et quod
in eis pticlare e aut minus vle
capacitate tpis ppetuitate opensat
Mors enim ista chrisi facienda de
texit vniuersis ppetuaz diuina sedit
et resurrectionis primicias eos in eternaz
leticiaz introduxit Illa qz q diez
iudicij pveme dicitur p dies xv
si tn futura sunt Que deca
nonica scriptura firmamentu non
habet nac legibg nime sub

iacebit Quid hic in naturam ut in
locis plurib9 dicamq; solitum est
rerum a causis oculitas eventum excu-
sato reddi pt *Rubrica. Nichil*
contra naturam auctore platone qui
naturam dicat dei voluntatem
c. xiii

Sed plerumq; sequimur qui
asserit naturam esse dei
voluntatem effectu me
ystorum eventuum quod naturam/ cuncta ie omnia
quecumq; voluit fecit Ille enim
deus rerum causas exequitur finem om-
nium naturam astruit bonitatem optimo
est inquit porro ab optimo/ longe re
legata est omnis invidia Itaque
consequenter cuncta sui similia prout na-
tura eorum beatitudinis capax esse poterat
effici voluit Unde enim dei vo
luntatem certissimam rerum esse originem
esse si quis ponat recte eum putas
consentire Et quidem dei voluntas que
rebus omnibus originem prebet na-
turissime appellatur contra quam utique
nichil fit quia dispositione dei
nichil evacuat/ a causis que i me
re illius qui fecit celos immutari
ab eterno constituerunt sicut prenat effectum
Insunt itaque rebus seminales even-
tuum cause et originales rationes
que preordinato tempore in suos prece-
dunt effectus Ex eo enim mirabi-
les/ non quia nullas sed quia occultissimas
habent rationes humor siquidem decim
timus terre visceribus ab arborum
vel vinearum radicibus appetitiva
quadam virtute athitur Deinde quadam
distributione nature dirigitur per plantarum
membra et cum sua decoctione pro
fecerit tingescit in surculos/ et cum ad
sustentacionem sui non indiget in folia
et fructus emittit qui cum maturue
rint in musta despumet/ et sic
per intervalla temporum consueta usui divina
prestiterint Si vero oculta dispositione

dei quibusque nature cursus digestus et maturatus humor absque temporis
interstitio vertatur in vinum/ miraculum
est quidam temporum quia altitudo
divine dispositionis nimis transcendit
intellectum Sed ut ait sapiens de-
dat iustitie nubilo error cessant
effectu mira videri Ego tamen imbe-
cillam dei fide vel auctoritatem in
fringo sed altitudine divinarum sa-
pientie et scientie sic plena humilitate
venerior et admiror Sciens quod quod
stultum est dei sapientius est hominibus cum multis
etiam labilis humana infirmitas est sic
in illo aliter sentire qui res sit hec
angelica ut divina perfectio *Rubrica xiiii*
Quia deus signis suam pre-
munire dignatur creatu-
ram. Cap. xiiii

Hoc est divine iustificationis et quod
signorum futura iudicia igno-
rancia nostrorum conquassata preveniunt
cometa signum apparente credunt im-
minere convicia/ et omnia declarant que
fiebant Rome kalandas Januarii
ad wandinus/ et ubi vinum ingra-
tus conveniebant an ignoras tem-
-mutantem regna Conectum Ytalie
quoque imminente excidio que signa
contingerunt non legitur cuiusquam ali-
quatenus rerum publicarum historias
attigit Historiarum volumina que
de rebus memorabilibus scribuntur prius
plena sunt et ostentis Denique et
Elia et Heliseo multa fidei et virtutis
signa processisse non ambiguis in-
venies et signorum iudiciorum primum
egerit in predicatione Johannis Simplici-
tas namque signorum argumentis
exigitur/ et fides teneat apud illos
vatum Unde non quod signum ostendit
nobis et Judei signa querunt Gre-
ci sapienciam *Quid sit signum*
et de Somnio/ capitulum xv

Sit vero intelligimus deucio
quomodo iudicio divina
signorum innuunt veritatem Si
enim quidem est quod scriptum sensum
Et preterea anno aliquo ostendit

Veruntamen signa sunt que ulte
corporalia aliquid ostendunt. Sed eas
cunctarum rei speciem mediante aut
altera medii difficultate verum fal-
sum ve frequenter ingerunt. Signa
etenim inventa vera inventa falsa sunt.
Utinam nescit somniorum vanas
esse significationes quas et usus
approbat et maiorum confirmat auc-
toritas. Anneis utrumque somnium
est, alterius aliquid, utrumque scilicet sensus
qui dicuntur corporis et sunt anime
quiescunt, sed naturales intenduntur.
Contingit interim ut animus corporis
exactus relevetur ut in seipso liberius
redeat et veritatem nunc per figuras
et enigmata, nunc irradiata facie
licentius contempletur. Quod et
illud non latuit qui somnii de-
pingens portas alteram eburne-
am alteram corneam finxit, cum
cornu sit parvum visui qui no-
tiet errat et ebur nature densi-
oris et usque ad extrema tenuitate
rasum nullo visus acumine pe-
netretur. Hoc quod dentibus id
oculis verioribus similius est, sunt
vera somnia. Sunt falsa, ad celum
mittuntur insomnia manes. De

Speciebus somniorum et causis figurarum
et significationibus. Capitulum xvi

Sunt autem multe species som-
niorum et multiplices cause
et varie figure et signi-
ficationes. Aut enim inso-
mnium aut fantasia aut
somnium aut oraculum aut
visio est. Porro insomnium exe-
ritate vel crapula aut prius pas-
sionibus corporis affectuum et timo-
ribus et reliquis cogitationum
frequentissime oriuntur. Unde
et malesanus amantum morbus
insomnia nunquam desinit. Quod
prudenter innuit Maro. Anna
soror que me suspensam insomnia
terrent. Multa viri virtus animo
multusque recursat gentis ho-
nos. Herent infixi pectore vultus
verbaque nec placidam dat mem-
bris cura quietem. Hec quia doleant
aut gaudeant aut quos timor
vexat angustia aut immoderate cu-
piditatis ardor accendit nos premunt
passiones. Fantasmatum vero
vigilante videntur species qualitate
aut quantitate aut partium modo
vel motu a natura discrepantes
ut si forte vel pes vel caput [illegible]
reddantur forme, sicut tertius desinit
in piscem mulier formosa superne.
Has siquidem species ex infirmitate
incurrentis et cor ut tradunt physici
provenire. Varii quoque causas ma-
gi attendunt qui ex eis aliquas si-
gnificationes. Cum quo genere et ephi-
altes, quod quinis dans pessimis
quondam qui inter vigilias sed somno
potius inquieto opinantur se vigi-
lare cum dormiunt putant absque
interim fantasmatum somniandum
arbitrantur. Que quidem ora me-
dicorum potius indigent cura quam
ventilatione nostra. Presertim cum
nihil in eis verum appareat nisi quod
pessime sunt et molestissime pas-
siones. Somnium vero cuius appel-
latio communis est, licet in specie propria con-
secratur per quedam involuta ve-
rum gerit imagines, in quibus con-
iectorum pagine disciplina versatur
et nunc sibi cuique est, nunc alie-
num, modo commune interdum publi-
cum ac generale est. In his non omnibus
qualitas personarum rerum ac tempo-
rum diligentissime observatur. Ut
ait Nestor de statu publico regi
credat somnio aut cuius qui ma-
gistratum gerit, vel re quidem vel
vero intima prestiatore. Aut si
publice fortune signum ostensum est, in-
est in eo quod pluribus communis tem-
pus secundum quosdam. Sibilla in-
terpres de ministerio Interracias re-
velatum scribitur. Et quod non modo
incarnationis sed passionis, ascensionis,
post resurrectionem, adventus quoque
secundi interpres docente et di-
ctante spiritu patefecerit archana

Sit in rebus sibilimis manifeste repperiet. Quomodo istud sit in pleris que patrum scriptum invenitur. Initium enim indicium signum, velud sudore madesceret. Si vero aperies capitulis singulorum versuum, expone quomodo ad confundendam perfidiam iudeorum [illegible] expressit. Iesus [illegible] Greco sermone, nisi in lingua latina grecarum litterarum proprietas ad plenum non potuit observari. Quos vero versus ut opinor apud beatum Augustinum libro de civitate dei invenies. Est [illegible] eius [illegible] caput et summa intencio ipsius qui [illegible] indubitanter esse filium dei hominem verum iudicem omnium regem eternum remuneratorem [illegible] auctorem vite et eterne beatitudinis exigua largitorem. Et quod vel vicina predestinatione ideo dictum est quia magistratus nunc [illegible] intelligitur nunc futurus. Et audiunt quippe imminente morte [illegible] asserti [illegible] dum adultus esset pene miles, dum autumnus adultus esset, aut frequentius somnia [illegible] evanescit, arborum namque labentibus foliis insomniorum vanitas [illegible]. Quod et Virgilius in libro quo totam philosophiam [illegible] arcana sensisse visus est, dum labentia folia apud inferos variis somniis [illegible]. Locorum quoque diversitas varias figuras quietis admittit, ut alia aliis nunc locorum sunt aliorum somniorum veriora sit, locorum namque [illegible] aut desertus [illegible] celebriori fantasticarum imaginum [illegible] est. Sed quod [illegible] manifestius [illegible] obscurius aperit et nunc [illegible] animo [illegible] declaratur. Cum vero sine immediata [illegible] visio est [illegible] vera et plena [illegible] oculis videatur esse subiecta [illegible] quod Cassandrum [illegible] visum a quo Alexander hausto veneno perimendus erat [illegible] quietem reputaverat. Porro visionum alia manifestior est ut que clara rei occurrit imagine, alia profundiorem desiderat intellectum

ut quod rem admixtam species figurarum obnubilat. Sicut est [illegible] Cesar [illegible] ad designandum [illegible] qui erant pro [illegible] iniuria [illegible] ingens visa [illegible] trepidantis imago [illegible] ne [illegible] impugnaverit. Publica namque imaginatio imperii [illegible] et Cesareo nomine prostrate urbis erat indicio. Quod si nullam imperii in veritate [illegible] sit appareret, credit [illegible] fuisse imaginem historiarum fide [illegible]. Cum [illegible] manifeste [illegible] urbs visibilis [illegible] censuerunt [illegible] exquisito artificio muliebrem formam que urbem dextra contineret in eius [illegible] fieri studuerunt. Cum vero perfecta in forma egregia venusta qualitate aptam partium dispositione membrorum [illegible] et sibi invicem congruentibus [illegible] non tamen [illegible] examinationem [illegible] admirationem plena sui [illegible] deposceret, quidam solus [illegible] tante moli preferendum [illegible] esse causatum sit. Cum [illegible] faber [illegible] sufficere, donec virgo pareret domino [illegible] imperium [illegible]. Quod et Christo nato [illegible] et fracta [illegible] ubi divinum imperium dilatatum. Cum vero [illegible] quietem alia imitante [illegible] si [illegible] honesta [illegible] sit et venerabilis [illegible] oraculorum species cadit. Est vero oraculum ut cum quedam divina voluntas ore hominis imitata hominis vero appellatione [illegible] quicquid in [illegible] videtur [illegible] homo angelus sit an deus an quevis alia creatura persona que tamen honesta est et venerabilis aut a natura ut parentibus aut condicione ut domini aut moribus ut religiosi aut fortuna ut magistratus

Aut religione ut dei angeli homini-
bus sacris et cerimoniis divinis
observati. Ex quo apparet et si non sim-
pliciter tamen secundum quid periculosa esse
coniectoria. Nec modo honestas sed
et detestabiles venerabilium nomine clau-
dit in Ezechiele religiosi viri ve-
ro deo eius que inimica eius sa-
cra sunt piam veneratorem impen-
dunt. Ita heretice et superstitiose reli-
giosi homines fictis numinibus
immo potius veris demonibus et
execrabilibus sacris eorum non debi-
tam reverentiam que nulla est ser-
turpissimo exhibent famulatu
quod facilius ex gentilium libris col-
ligitur. Eneas oraculorum monitus pro-
vidisset et quesitam invenit Italiam
et in ea non tam numinum quam demo-
num nutu sedem statuit et semen-
tem generis Romani in orto qui-
cquid complacuerat seminavit. Qui-
dam aliud ait in somnis pater
Anchises quid Iupiter quid Apollo
quid alii quos consuluit ... monuere
Unde sic de semine illo genus or-
tum exercitatum imperium in deum
crudele in homines persecutionem
sectorum inmigilavit fide vaga
solemni presidia simile moribus
fasti regale fundum avaritia cu-
piditatibus in igne superbia ti-
midum omnia negotia ferendum
miraculis non debet cui sibi qui
auctor eorum homicida fuit ab
initio et avaritate desitiens ser-
vulo orbi terrarum infixit mentem
qui eos exercere presunt et si eis
negaverit implere necessarium
voluit tunc illam imitari ma-
litiam licet in orto illo non ullas
plantas que stunt fructum irri-
gatione aptata faciat maior dum
constet esse gentes insertas
sed si quis ab initio orbis conditi
te totam revolvat ystoriam eos
ambitione et avaritia prepeditos
gentibus invenimus laborasse et
variis seditionibus et plagis

totum concussisse orbem unde quasi tir-
rannidis et seditionum filiam tam
crebra dampna senserunt ut vix quis-
quam principum eorum ad exitum vite na-
turalem pervenit. Unde illud Sati-
rici versus aptissime fit ad generum
Cereris sine cede et sanguine pauci
descendunt reges et sicca morte
tyranni. In scripturis quoque canonicis
inveniuntur plurima oracula ut cum
Joseph in somniis ab angelo se-
pius erudiretur magis intelligat he-
rodem ab Herode docetur. Petrus
in reptilium linteo demum gentium nec
gentium colligere. Sed et cum visitatio
ab apostolis Constantino crucis erec-
tio est imperii arte vexillum et pace
ecclesiis restituta maiestas orbis
publica voce triumphatorum ado-
ratorum iudicium tenere victoriam et
imperium Christo esse promisit. Sin-
gula due species omnino vane sunt
et in pictureis que visibilibus spiri-
tualis insurgit media est autem
veri veritatis que vero figurare
apparet instructum exemplum.

Quod alia quedam de significationibus re-
rum somniorum quam aliorum signorum ... capitulum xvij

Est itaque tam multiplex somniorum quam ad intellectum
enigmatum et figurarum pertinet
attende rerum significatio que tanto
multiplicior est quam notarum quanto
ab operibus nature opera vincuntur artificum
ab imitantis nature. Si quis in sermone
uno tres aut quatuor vel significa-
tiones statim potueris significa-
tionum multarum significationum. Omnis vero
res quot habet aliquarum similitudi-
nes tot generit causas significationes
ita tamen ut maior in aliis sit signi-
ficationis signum signa sepius universa
sunt sed unde est ex homine quicquid
sed est ut potest aliquid continere cum
unius hominis quod et in figura repre-
sentatur Petri et in locis pluribus scriptura-
rum inditum est. Porro quo similitudo
expressior est eo magis cognita et famili-
arior est significatio. Similitudo vero
aut substantialis est ut que ex

que est esse aut accidentalis ut ex quanti-
tate aut qualitate aut variis acciden-
tium formis aut imitatione. Ut cu-
jus aliquo vis motu operis con-
formatur. Effectus quidem modo et cre-
atura creatori esse consimilis est
cum in illo substantialiter aut accidentaliter
participant. Cause quarum fines
conformantur effectui et recepte
causa si tamen minor est effectum
suo dicitur esse consimilis. Ceterum
similitudo rerum facit idem judican-
di et eadem nata est. Et quia signa
frequenter eadem in eo vel maxime
ars coniectoris apparet quod sub iden-
titate signorum diversitatem rerum tanta
discretione distinguit. Licet quidem
singula sunt que de suis spatiis sin-
gulorum locus patent. Non tamen preter-
eundum est signorum vim pro quali-
tate personarum seculorum aut motorum
esse pertinere sicut contractatio aliis
leta tristem aliis eventum facit sic ex
nimio apparentibus causis inopinan-
venus pectora amaritudine sortis
frequenter facit nupta. Unde cum
Ysiphiles archemorum lugens ex-
tinctum inmiti impubere puni-
bras ... in visu vectus
... cum ex reliquiis cogitacionem aut
ceteri ... de stimulis imitata
verum ... insompniorum veri-
tati vectus applicabit. Que conie-
ctorum disciplina qui vana con-
tempnit dixit illud sapiens peri-
sompnia ut curas nec tenens singu-
la quod aptat dum vigilat facit
per sompnum curat ipsius. Quodam
et per antitesim rerum secuta sunt
rerum vestigia sic cum magno pom-
peio ruina imminet gloria visu va-
ticinatur quies leticiaque replet
spondiamt. Pompeii plausum theatri
sui ... totumque in ... bene
gesta fortuna pictum dictum vehiculis
intexebat. Recte quia que ... et obste-
nat est in suspicione theatrum suis videt
cum sibi ... Sane Julius Cesar
in maiori etate in sompnis sibi visus
est matris incestare cubicula et
turpitudine soporis atque cum rex
ad mathematicos retulisset uni-
versarum terrarum dicioni eius subice-
re ... responderunt. sic magna-
nimi vel spes ad occupandum
imperium erecta est. Denique ad
speciem facti una justior quis est
David nequior aut crudelior
quem decora bersabee adprobatur
homicidium et adulterium impietatis
... quod omnino contrarium facit
intellectum. Cum Urias diabolus
David rex bersabee peccatorum tale
deformis sufficeret. Ceterum tunc
et qui regulare vis est ut a si-
milibus ad similia revocat interpreta-
verum habeat visionum quas cuiusque
induxit divisio propositum non
fieri etiam est. Tamen eadem propter
sit visio alunde gracilis aut
velocitate et propter rerum figuras
possit sompniis aggregari et uni-
versas rerum species quam contingat
et studiis scripturarum plenum est. De-
sic affricanum apocalipsis apostoli
danielis et ezechielis utrumque
sompnia pharaonis et joseph corum
que dicta sunt faciunt fidem. Cas-
ius est quorundam vitas sompni-
cans illucescat ut pote compositio-
nibus animi alias frequenter
error involvit. Augustus Cesar
cum adversus Anthonium dimicaturus
esset eo tunc ... laboraret inope-
te mandatum accepit ut advi-
toriam consequendam sequenti die pre-
lio interesset. Paruit itaque lecti-
ca devectus in prelium et vicit. So-
crates sibi ... veneris que a-
cademie erat vidit offerri a-
quod collum inserentem celo ro-
stro tangentem sidera regionem
hanc aperte dicitur penetrantem
et transcendentem aspectu omnium
et tanta voce jocunditate et leti-
cia cantantem ut totum inficeret
orbem. Sequenti die Aristoteles ab
achademia puerum filium Platonis
Socrati obtulit ... et moribus

imbuendum. Quo viso inextri-
bus ex ceteris dispositione decepti. Visit
est inquit aliquem quem nos appol-
lonium vero achademici conservant
pollicerentur quas perspiciebat causas
consistens in Egiptum se a piratis
capi intendit et vendidit predictis
quod et dum iret contingit. Rubrica xviii

Coniectoriam nos ex sequenti capitulum xviii

Sed dum has coniectorum ineptias
exequimur vereor ne
merito non tam coniectoriam
exequi que nulla aut inanis est
ars quam dormitare videamur. Nemo
in somniorum sequitur vanitatem qui
in lege dei vigilans est, et quod
fidei fit accommodum pertinacissime
dormit. Veritas siquidem abscondi
longe fortius est, ut eam fictionis aut
fallacie quis vnquam expugnare
vel puncto curare contineat,
qui caligantibus oculis in meridie
palpat. Et licet ars somnolenta
perfidie sit fidei simulatione excitanda
et maleficii perducenda artificiis in-
pugnanda illusio. Huic tamen
gratie diffusiones sue nos obstrui-
mus vias, nos precludimus semitas
quin spiritus vbi vult spirat et pro
arbitrio suo subiectis mentibus in-
fundat veritatem. Verum quisquis
credulitatem suam superstitionibus alligat
somniorum, periculum est quia fertur a
sinceritate fidei quam a tramite ve-
ritatis exorbitat. Plerumque si sermo
proferatur ambiguus et tullius inter-
te sit superstitionis, non ne impedi-
mento parum doctis videbitur. Quis-
quis circa alia discussionem solis
sibi aliquid perniciosum suadebit.
Perfecto rerum humanarum parum est
culpa est et varia superstitione multi-
plicitas vero constructio diligens
adhibenda est, ne forte dum vna
diligentia sequeris in alia per dete-
rius prolabaris. Vnde patet coniec-
torum quod nos Danielis nisi
sit auctoritate et veritate roborem
constructum, cum res singulas singulis
superstitionibus arceat. De quibus nos videtur

latius exequendum, cum tota huiusmodi sit in-
cepta traditio. Et vagus coniectorum liber
peruasorum manus impudenter discur-
rat. Habuit sane daniel gratiam inter-
pretandi visiones et somnia, quam ei dominus
inspiraverat. Sed absit ut vanitatem
hanc in artem redegerit, vir sanctus
qui legem Moysi prohibitiones continet
ne fidelium quis somnia sequatur. Sci-
ebat vtique satalitem sathane ad se-
ductionem hominum in angelum lucis transfi-
gurari et immissiones fieri per ange-
los malos. Joseph quoque coniectu-
randi gratia Egipti principatum obti-
nuit, et quem fratres eius de invidia som-
niorum venditum commiserant obnoxi-
um fecerunt fructuum. Dignitas
domini nominis iocundo quam salubri-
rimo misterio revelata futuri fu-
turorum que se vel quiescenti in-
gessissent quibus quodam seminarum re-
stituto de squalore carceris in regni
fastigium sublimavit, vt non modo
liber de servo, sed nobilior et patro-
nus, vno tantum regni solio pre-
ditus a rege. Quod vtique fide tutiam
ne sapiencie artificio contingere potuisse
aliquem detestorum siderum cum eo
meruisse credideris, vel salutem per
merendi virum sanctum et pietatis
affectu plenum zelo si nos humano ge-
neri in quem quod nos equitatis et
fratribus et filiis suis ut puta eum re-
linquisse. Adhuc Moyses erudi-
tus in omni sapientia Egiptiorum hanc
artem aut nescivit aut spreuit.
Cum ea impietatis errorem detestabilem a
populo dei estimare curavit. Preterea
sanctus Daniel disciplinis et sapien-
tia didicit Caldeorum, quod vtique sanctus
vir non fecisset si gentilium disciplina
cum nostrum credidisset potius aspectum
habuit eruditus participes quos
iusticie dei conmendabat se habere consor-
tes. Scimus etenim discebant Anani-
as Azarias Misael quemquidem pote-
rat docere Caldeus, simul a mensa
et a regalibus epulis abstinebant
quod inspiraverat deus acceptis le-
guminibus pariter reficiebantur. Esse
contenti erant in lectione sue sapiencie his

Regi vera significabant. Sed ecce
privilegium quod homo non potuit
conferre singulariter datum est Danieli
ut in lucem produceret enigmata sompniorum
et que dictaverat umbras distinctas
figurarum, ut vos familiaritatis divine gratie
evidencius elucescat quid rex in le-
cto cubans cogitaret agnovit et
meditacione visa congerens ymagi-
nem statue quam umbra obnubi-
lat et in fine seculorum completum est, et
completurum prudenter exposuit. Sic enim
solent coniectores etiam cogitaciones excute-
re et umbras eximere, explicare
involuta et illustrare tenebris fi-
gurarum. Si quis est qui pari gaudeat pri-
vilegio gaudeat accedat ad Danie-
lem et Joseph, et sumat in domino
gratulacionem. Quem vero virtus spiritus
non illustrat de gracia sompniolecta
frustra confidit. Cum eis hoc habet
a natura originem, ab usu et racione
progressum. Adeo vero in hiis tanti de-
fectum patitur, ut quo se vertat quid
iudicet plerumque omnino non habeat. Ex
quo cum fieri expediat facillime ex
parvis colligitur sollicitudo quid nomi-
nem a memoria excidit. Et si nar-
racionis auctorem magnum tenear
aliquid in re dubia sensu alterius
cui rem noverat esse notam ma-
gna instancia sibi postulat expo-
ni. Cum vero petentis desiderium pro-
missionibus protraxisset et magna instan-
cia desideret, callidius altius accidit
ut eadem nocte pariter sompniarent,
alter quidem rem quesitam petenti alteri
exponeret, alter quod si a doctiore
diligentissime exponeretur. Factum
quidem est cum umbra quietis evanesceret
et vigilaret: ille ad sciam quam diu que-
quesierat sub doctoris huius missio
quidem sui excitato premisse. Deinde
cum more solito apud doctorem age-
ret ut sibi promissum solveretur, Hec,
inquit doctior, factum est quod peti-
sti, cum ea nocte ut doctorem attencius
haberes sic secundum explicet racionem ipsi
dicente se discedens legitur dixis-
se, ut tu lingwe tue sic ego me-
darum aurium dominus sum. Antigonus
quoque quidam dicenti maledixit
ille tibi non michi inquit sed illi
qui in se quod ille culpat agno-
scit. Sed et si michi maledicere
turet non curo, quia audit lin-
gwa debet esse robustior, cum sin-
gulis hominibus lingwe sint singule
sed aures bine. aliquatenus
curo, quia eo ipso fatetur me esse
superiorem, quem superiorum proprium est
detractionibus subiacere inferi-
oris inferre. Gaudeam itaque nisi
urgente gratiam hominum compatet
infelici. Estimo Critus Thebanus
maledicenti sibi a cetello. facile
inquit est in me dicere cum nec
sim responsurus. Item Xenofon
tu inquit linguam maledicta didi-
cisti, et ego conscientia teste didici
maledicta contempnere. Sed et dio-
genes cum ei minitasset amicus
se amicum tuum vituperavit. Oportet
inquit sapientem ab insipientibus
ferri esse in meliorem indicat

mala lingwa quam turpitudo
Plato, totius philosophie robur, passus est
calumnie et Socrates. Nemo vero
neget sapientem posse offendi. sed ad-
versus omnem fortune roborem virtutis
sue manet immobilem. Et ne
Grecis solis pacientiam sic peregrinasse
credas, ipsorum imperatorum ad rem
publicam exempla concurrunt.
In Grecia. Cuius maior alexan-
dro aut clarior, cui antigonus
pedagogus citharam fregit abiecitque
dicens. Etati tue iam regnare
convenit, pudeat quod in corpore
regis voluptatem omare luxurie
Quod et ille patientissime tu-
lit, licet patrem impatientissi-
mum et patrem sic vincis in vir-
tute superaret. Eidem quoque ele-
ganter et vere conprehensus pira-
ta Dionides scribitur vindisse. Cum
enim alexander interrogaret quid
ei videretur quod mare haberet
infestum, ille libera constancia
Quid tibi inquit. Ut tu orbem
terrarum, sed quia ego id vno na-
vigio facio latro vocor. Tu ma-
gna classe diceris impera-
tor. Qui solus et captus sis. Alexan-
der latro erit. Si ad nutum dionidi
diuis famulentur, erit dio-
nides imperator. Nam quo eo
caucium non distat, nisi quia de-
terior est qui rapit improbius
qui iusticiam abiectius deserit
qui manifestius impugnat le-
ges. Quas enim ego fugio tu per-
queris. Ego utinam veneror tu
contempnis. Me fortune iniquitas
et rei familiaris angusta res facit
ex plebibus, avaricia ferrem facit
Si fortuna mansuesceret, forte me-
lior fierem et tu quo fortunatior
nequior eris. Miratus alexander
constantiam hominis eum merito arguentis
Experiar inquit an futurus sis
melior fortunam tuam mutabo
ut non ei amodo quod delinque-
ris. sed tuis moribus ascribatur.
Eum itaque conscribi iussit militie
ut posset exinde salvus legibus
militare. Secundum apostolus gerit
militiem instrumenta utilium

[illegible]

Scipio affricanus Cum eum parum
pugnatorem quidam arguerent Impera
torem inquit me mater peperit
non bellatorem Marius quoque cum eum
Thetonus quidam ad pugnam certamine
provocaret. Rudit si cupidus mor
tis esset se vitam laqueo possem
finisse et sapiente non tam pug
nam quam victoriam querere Primo
Romanorum imperator Julius Cesar
quam pacientissime multa sustinuit
Cum enim Catullum inpressisse fe
ret et desiccatem capillum a ver
tice convergeret ad frontem Ab
iurato milite dictum est ei facilius
est Cesar te calvum non esse quam
me in exercitu Romano quicquam egisse
vel acturum esse timidius Cesar
lato clavo usus est ad manus fim
briate utens latius cingebatur
Unde Silla optimates sepius
admonens dicebat ut puerum
male precinctum caverent Preterea
margaritarum cupidissimus erat
quas pondus eorum interdum ma
num ponens discernebat Cum ergo
Cecilio in uxorem ut fatetur Se
natus auctoritate denunciasse ut
ei videbat iniusta. Cui inquit
satiaberis margaritis adhuc for
te aut aliena videbitur. et que
viri fortis animus honestius
dissimularet Verum et famosi
belli de eo scripta sunt ibi vulgaria
carmina in eius ponte divulga
ta ut est illud cantatu nostri
triumpho gallico celebrato Gal
lias Cesar subegit Nicomedes
Cesarem Nicomedes non trium
phat qui subegit Cesarem Ergo
Nicomedes rex bithinie Cesa
rem ferebatur stupro subegisse
in ulteriore familiaritatem dum
minor esset admissum facilitatem
quam Cesaris in allegando se
natu litteris minus acriter
et palam irrisit Nam cum Albo
sponte suo pinatilio rogaret ut
privigno suo decurio nati ex
pediret. aut assistere sentencia voce

Si vis habebit. pompeyus. dif
ficile est Sed et de Cesar Cassium
violatorem dictatoris mordaciter
scripsit / velle idibus marcii ad
techam me invitasses Profecto re
liquiarum nil fuisset. nunc me
reliquie vestre exercent Sed augu
sto fortune favor. et domini dextere
semper avunculo Julio longe
pacientior extitit Cum enim An
thonius maturam eius originem
despiciens cum affitu vere et ma
panificum diceret / hic ridens pro
lit / et eundem sororem tradita
in affinitatem vivam admisit
Cum idem adversus Piractum
quendam gravius excande
sceret Eloquere inquit augu
ste quod placet. quia diligentem
amicis lingue taciturnitatem ...
xi quietem manibus et domibus
his poneas tuam accusa. quia
nil aliud arguere potest in pacia
mea. sed etiam eandem aliis indi
cebat Unde cum thiberius querente
quereretur per epistolam quod multi de
illo perperam loquerentur ita re
scripsit Cum thiberi noli nimis
indignari quemquam esse qui de te
male loquatur Satis est enim si
hoc habemus ne quis nobis ma
le facere possit Idem tanta le
nitate quoslibet se adeuntes
excipiebat ut quendam loco cor
ripuerit quod sic sibi libellum por
rigere vereretur quasi elephanto
defuncto stipem / et quamvis nos
adulationibus captus est. tantum
ab eis ipse alienus est Unde ap
pellatorem domini ut maledictum
et obprobrium semper abhorruit
Denique cum eidem descendenti
respectum vitam asservatus cum ita
diceret O thiranne Si esses
inquit pro dictis / obstinatum
etenim est ut quociens ingredie
batur urbem nec supplicium de quoquam

Sicut et Curtius eques Romanus
deliciis affluens macrum tur-
dum sumpsisset in convivio Cesa-
ris, interrogavit an mittere liceret.
Respondit princeps: Quidni liceat?
Ille statim per fenestram misit. Au-
les vero aucupem noctuam que
Cesaris noctes inquietaverat
ingentem ... tulit ad Ce-
sarem. Laudato imperator mille
nummos dari iussit. At ille ausus
est dicere: Malo malo malo
vivat. Avemque dimisit. Abiit
quoque contumax miles, non sine am-
plificatione multorum, Cesare
non offenso. Veteranus cum sibi
die dicto periclitaretur, Cesarem
rogavit in publico ut adesset.
Ille prestantissimum advocatum quem
elegerat sine mora dedit, com-
mendavitque ei litigatorem. Vete-
ranus autem exclamavit voce
magna: At non ego, Cesar, peri-
clitante te bello Actiaco vi-
carium quesivi, et pro te pugna-
vi, detexitque impressas cicatri-
ces. Erubuit quoque Cesar venit-
que in advocationem, ne videretur
non superbus tantum sed etiam
ingratus videri. Intraverat
Romam adolescens simillimus
Cesari, perductumque ad Ce-
sarem interrogavit Augustus:
Dic mihi adolescens, fuit un-
quam mater tua Rome? Negavit
ille. Nec contentus adiecit: sed
pater meus sepe. Temporibus
triumviralibus urbana notitiam omnium
et familiaritatem imperatoris sibi
conciliavit. Augustus in
Pollionem scripserat Fescenninos.
At ego, inquit Pollio, ta-
ceo; non est leve in eum scribere
qui potest proscribere. Sicut autem non
facile recipiebat ira, ita nec
facile admittebat ad amicitiam,
et quos semel admiserat con-
stantissime retinebat. Eidem
autem varia ... quodam

probrose obiectum est quod adoptionem
avunculi stupro meruerit. Quod
eum Iulius admisisse arcius
dictus est non sine rumore pro-
stitute pudicicie. Alius quoque
Lucius ... obiecit quod solitus esset
crura ardenti face suburere,
quo mollior surgeret pilus. Sed
et tympanum ... ut primo libro
dixisse me memini: Vides ne
inquit plebeius quidam cine-
dus orbem digito temperat? Et
cum manus obtorpore ... brutalitatem
conviciantis cuiusdam impe-
tu dictum sibi ... quod
dissimulans ... esse videbat.
Tiberius quoque, quem in multis
legitur fuisse culpabilis, tamen
ad verba convicia satis firmus ac pa-
tiens fuit. Dicens in
civitate libera linguas esse
liberales et mentes hominum oporte-
bat. Et ut ad peiores transeam,
Domicius uberum suorum satis
patiens fuit, in quo sic dixisse
fertur orator Crassus: Non
esse mirandum quod eneam ha-
bet barbam et os ferreum, et cor
plumbeum esset, eo quod dura dun-
taxat loquebatur que ex magni-
tatis adipe qui a corde cerepat
procedebant. Iniquitas vero se-
de desedit super thalentum plum-
bi. Vespasianus quoque, de quo
in libro secundo, dum Ierosolimorum
destructio describetur, sermo me-
morum, etiam infimorum convicia
patienter tulit, adeo ut Senebucla
proclamante in impulsu eius vul-
pem pilum esse mutare non ani-
mum, eo quod nature cupidissimus es-
set pecunie nec avariciam mi-
nueret processus etatis, videtur
dicatur ... hominibus de bello
risum nobis correctiorem. Sed pena
capitalis ... de filio eius Tito
quid dicam, qui patris avariciam
tanta liberalitate purgavit ut amor
et delicie humani generis ab omnibus
dictus constitisse, uti primo libro

dixisse tenens in manibus ne quem
postulandi gratia ad se accedentem
sine re vel spe quocumque modo dimit-
teret Unde Titus interrogantibus domesticis
cur plura polliceretur quam prestare
posset respondit non oportere quemquam
a sermone principis tristem disce-
dere Idem quoque recordatus super
cenam quod nihil tota die cuiquam
prestitisset dolens et gemens dixit
O amici hunc diem perdidi Quem
in vita offenderit a Ierosolimo-
rum reversus excidio non dum le-
gi et forte illum Iudicem innocentie
et crucifixi redemptoris elegit
denique qui per totum exercitum in-
columem constantia non modo innocentie
sed et religiose depriment et de-
leret Flavius etiam hora qua
moriendum erat cum letica ve-
heretur suspexisse dicitur celum
multum quod conquestus eripi se
vitam immerenti Neque enim ex-
stare ullum factum suum quod se
penitendum esset excepto uno dum-
taxat id quale fuit neque ipse
tunc prodidit neque cuiquam
notum fuit Adriano de patientia
loquar huius cuius tanta beni-
gnitas erat ut sua iniuria dum-
a concubinis abstineret. vix credet
quemquam posse moveri Tante
siquidem civilitatis et humanitatis
fuit in imperio ut omnibus pro-
desse mallet quam punire studu-
erit convictos coniuratos contra
se dimisit ille eos sed et postmodum
familiari tamen admisit Sed et Do-
mitianus qui gravissimam
tyrannidem exercuit post Nero-
nem. huius dicitur aliquid plenum
quod indulsit civibus licet in eos
ceteris quoque insaniret Homo
quidem ipse quamquam inutilis et qui
nil aliud habebat in se nisi no-
men imperii ut tam ignaviam
inertis et mercatorum sub
pretextu principis occultaret quotti-
die sibi secretum horarum spatium

venabatur Nec quicquam interdum
fere consueverat nisi capture
muscas et eas stilo acuto con-
figere ut quendam interrogantem Ne-
quis intus esset cum Cesare non
absurde sibi responsum sit a metello
ne muscam quidem quod licet impis-
simo principi innotuerit dissimu-
lare maluit quam punire Scri-
bitur patientie exemplo pro nostro cui omnibus
liqueat nil firmum esse et stabi-
le quod levi ~~an~~ flatus cura
quatitur Quis vitam forte cre-
dat quem uborum monet impul-
sus et ei quietem excutit et u-
bi item compage dirrupta ipsi-
us animi simpliciter exitat Unde
in publico iure statutum est ne
pro verbis frivolis quisque severi-
tate penarum inretiatur Ait
enim imperator divorum Theodosii
Arcadii et Honorii statuta
confirmans Si quis mode-
stie nescius et pudoris ignarus
improbo petulanti que maledi-
cto nomina nostra crediderit la-
cessenda ac temulentia turbu-
lentus obtrectator temporum fuerit
eum pene nolumus subiugari
neque durum aliquid neque aspe-
rum sustinere Quoniam si id ex levi-
tate processerit contempnendum
est si ab insania miseratione
dignissimum si ex iniuria remit-
tendum Unde integris omnibus
hoc ad nostram scientiam referatur ut
ex personis hominum dicta pensemus
et utrum pretermitti an exqui-
ri debeant censeamus Ex quibus
colligitur dictis hominum non moveri
eum qui aut vindicator est
aut iuris constitutionem obtempe-
rans est Omne vafer vitium
ridenti flatus precordia ludit
Tangit et admissus circum pre-
cordia ludit Familiare siquidem
sapientis est ut magno fecerit
denuntiando potius a quolibet
reprehendi quam sine aberrante

sive ab adulante laudari. Nulli
tenui reprehensor formidandus est
amatori veritatis. Etenim aut
iuvatus reprehensione est a quoque.
Si inimicus insultat ferendus
est amicus aut si errat docendus
si docendus audiendus. laudator
vero et errantis confirmat errorem
et adulans sollicitat incrorem
aut ergo lex fidelis electis in bursa
cito domini relinquis si sapiens
regibus et principibus iusticie fi-
delis exemplum et fortitudinis
corripiet me iustus in misericordia et
increpabit me oleum autem pec-
catoris non impinguet caput meum
consonat et ethicus dicens falsus
honor iuvat. aut mendax infa-
miam terret quem nisi men-
dosum et mendacem Et cui nunc
erat licet adulari. quem licet oc-
cidere et quod tirannus publicus hostis est

Necessitate cui debet honor
oleum peccatoris quod repro-
bat psalmista secundum fidem
et ad quod cingendum in fatuitate
sua exhibitas regines mittit
evangelista sermo Ei utique qui
in prodibus est et iusto iudicio
dei sordescet amplius et vestri
opinione potius splendere appetit
quam caritatis effectum quam cuius fer-
vere iocundius Unde et in se-
cularibus literis cautum est quia
aliter cum amico aliter cum tiran-
no vivendum est amico utique
adulari non licet sed aures ti-
ranni mulcere licitum est Ei utique
licet adulari quem licet occidere
porro tirannum occidere non modo
licitum est sed equum et iustum
Qui enim gladium accipit gladio
dignus est interire Sed accipere
intelligitur qui eum propria temeritate
usurpat non qui utendi eo a
alio accipit potestatem Legibus ser-
vit et iusticie et iuris famulus
est Qui vero eam resurpat iura
deprimit et voluntati sue leges
summittit In eum ergo merito

armantur iura qui leges exar-
mat Et publica potestas in eum se-
vit qui evacuare nititur pu-
blicam manum Et cum multa sint
crimina maiestatis nullum gravius est
eo quod adversus ipsum corpus iusti-
cie exercetur Tirannus ergo non
modo publicum crimen sed si fieri
posset plusquam publicum de
Si enim crimine maiestatis omnes
persecutores admittit quanto magis
illud quod leges premit quas
ipsis debent imperatoribus impe-
rare Hostem publicum nemo re-
tisatur et quisquis eum non pro-
sequitur in seipsum et in totum rei-
publice mundane corpus delinquit

Explicit liber tercius Iohannis
Pollicraton Sequitur liber
quartus cuius sunt rubrice

De differentia principis et tiranni et quid
sit princeps Capitulum secundum
Quid lex et quod princeps licet
sit legis nexibus absolutus legis
tamen servus est et equitatis gerit
que personam publicam et innocentem
sanguinem fundit Capitulum tercium
Quod princeps minister est sacerdo-
tum et minor eis et quid sit mini-
sterium principatus fideliter gerere Quartum
Divine legis auctoritate constat
principem legi iusticie esse subiec-
tum Capitulum quintum
Quod principem castum esse oportet
et avariciam declinare Sextum
Quod debet legem dei habere
pre mente et oculis semper et peritum
esse in literis et literatorum agi
consiliis Capitulum Septimum
Quod timorem dei docere debet
et humilis esse et sic fugere humi-
litatem quod auctoritas publica non
minuatur et quod preceptorum alia
mobilia alia immobilia Capitulum viii
De moderatione iusticie et cle-
mentie principis que debent in eo
ad utilitatem rei publice contemperari
Quid sit declinare ad dexteram
vel ad sinistram quod princeps
prohibetur Capitulum ix ......

quid sit
declinare ad
dexteram

Quod utilitatem de cultu iusticie principes consequantur c. x
Que sit alia merces principum xi
Ex quibus causis transferantur principatus et regna c. xii

Incipit prologus quarti libri

Ardua quidem res est professio veritatis et que incursantibus errorum tenebris a negligentia persistentis frequentissime periclitatur. Sed ut verum sit aliquis recte examinat rebus incognitis. Notitia autem veri eo quod vias non dirigit contemptoris iusticie, aculeos exacerbat in penam delinquentis. Est ergo primus philosophandi gradus, genera rerum proprietatesque discutere, ut quid in singulis verum sit prudenter agnoscat. Secundus ut quisque illud veritatis quod sibi illuxerit fideliter assequatur. Licet autem philosophantium studia sibi soli propria est, que de regno vanitatis proclamat in libertatem qua liberi fiunt quos veritas liberavit, et servi fiunt et colla iugo iniquitatis et iniusticie subdiderit. Nobis non servus dei cui libertas metus et similibus vitiis est consentiens exterminator proposititie. Servo suo scito est qui loquitur veritatem in conspectu principum et equitatem. Nec erubescit, et pauperes servos regibus ante ponit aut equat, et quos sibi fecit coheredes docet scire vel loqui et facere veritatem. Cum non veritatem non vult quidem aut loqui a sanitate veritatis alienus est. Sed hec hactenus, nunc in quo tirannus distat a principe audiamus.

Rubrica de differentia principis et tiranni et quid sit princeps capitulum primum

Est ergo tiranni et principis differentia sola vel maxima, quod hic legi obtemperat et eius arbitrio populum regit cuius se credit ministrum, et in rei publice muneribus exercendis et oneribus subeundis legis beneficio sibi primum vendicat locum, in eo prelatus ceteris, quod cum singuli teneantur ad singula, principi onera imminent universa. Unde merito in eum omnium subditorum potestas confertur, ut in utilitate singulorum et omnium exquirenda et facienda sibi ipse sufficiat, et humane rei publice status optime disponatur, dum sunt alter alterius membra. In quo quidem optimam vivendi naturam ducem sequimur, que microcosmi sui, id est mundi minoris, hominis scilicet, sensus in capite collocavit, et ei sic universa membra subiecit ut omnia moveantur recte dum sani capitis sequuntur arbitrium. Tot ergo et tantis privilegiis apex principalis extollitur et splendescit quot et quanta sibi ipse necessaria credidit. Recte quidem, quia populo nil utilius est quam ut principis necessitas expleatur, quippe cum nec voluntas eius iusticie inveniatur adversa. Est ergo, ut eum diffiniunt plerique, princeps potestas publica et in terris quedam divine maiestatis imago. Procul dubio magnum quid divine virtutis declaratur inesse principibus, dum homines nutibus eorum colla submittunt et securi plerumque feriendas prebent cervices, et impulsu divino quisque timet quibus ipse timor est. Quod fieri posse non arbitror nisi nutu faciente divino. Omnis etenim potestas a domino deo est, et cum illo fuit semper et est ante evum. Quod igitur princeps potest adeo a deo est, ut potestas a deo non recedat, sed ea utitur

presupposita inquirendi in omnibus doctrina
Patiens clementie aut iustitie sue
Qui ergo resistit potestati dei ordina-
tioni resistit penes quem est auc-
toritas conferendi eam et cum vult
auferendi vel minuendi eam
Neque enim potentis est cum vult sevire
in subditos et divine dispensationis
pro beneplacito suo punire vel
exercere subiectos Unde et in perse-
cutione christianorum Athila interro-
gatus a religioso cuiusdam civitatis
episcopo quis esset cum respondisset Ego
Athila flagellum dei sum Athila flagellum dei vene-
ratus in eo ut refertur divinam
maiestatem episcopus Bene inquit
venerit minister dei et illud bene-di-
ctus qui venit in nomine domini
ingeminans reseratis ecclesie
dei foribus persecutorem admisit
per quem et assecutus est marti-
rii palmam Flagella non dei exclu-
dere non audebat sciens quia dilec-
tus filius flagellatur et nec
ipsius flagelli habet nisi a deo
potestatem Si itaque adeo venerabilis
est bonis potestas etiam in plaga
electorum quis eam non veneretur
que a domino instituta est ad
vindictam malefactorum laudem
vero bonorum et legibus devotione
promptissima famulatur Digna
siquidem vox est ut ait Imperator
maiestati regnantis se velle vi-
vere legibus profiteri cum tamen
legibus non artetur ut patet in
C quia de iuris auctoritate prin-
cipis pendet auctoritas et re-
vera maius imperio est sum-
mittere legibus principatum Ut ni-
chil sibi princeps licere opinetur
quod a iustitie discordet equitate

Quid sit lex et quod princeps licet sit legis nexibus absolutus nis

Nec in eo sibi principes detra-
hi arbitrantur nisi iustitie
sue statuta preferenda
crediderint iustitie dei cu-
ius iustitia in eternum est et
lex eius equitas Porro equitas *(Diffinitio equitatis)*
ut iurisperiti asserunt rerum co-
venientia est que cuncta coequi-
parat ratione Et imparibus paria
iura desiderat et omnis equalibus
tribuens unicuique quod suum est
Lex vero eius interpres est ut po-
te cui equitatis et iustitie vo-
luntas innotuit Unde et eam
omnium rerum divinarum et humanarum
compotem esse Crisippus asseruit
Adeo quod prestare omnibus bonis et ma-
lis et tam rerum quam hominum princi-
pem et ducem esse Cui Pompi-
nianus vir quidem iuris expertis-
simus et Demostenes orator
potens videntur suffragari
Et omnem hominum subicientes ei obedien-
tiam eo quod lex omnis inventio
quidem est et donum dei dogma
sapientum correctio voluntatum
excessuum civitatis compositio et to-
tius criminis fuga Secundum
quam decet vivere omnes qui in
politice rei universitate versantur
Omnes itaque necessitate legis servan-
de tenentur astricti Nisi for-
te aliquis sit cui iniquitatis li-
centia videatur indulta Princeps
tamen legis nexibus dicitur abso-
lutus non quia ei iniqua
liceant sed quia is esse debet qui
non timore pene sed amore iusti-
tie equitatem colat rei publice
procuret utilitatem et in omnibus
aliorum commoda private preferret
voluntati Sed quis in negotiis
publicis loquetur de principis volun-
tate cum in eis nil sibi velle li-
ceat Nisi quod lex aut equitas
persuadet aut ratio communis utili-
tatis inducit eius namque volun-
tas In his vim debet habere
iudicii et rectissime quod ei placet
in talibus legis habet vigorem
eo quod ab equitatis mente eius
sententia non discordet De vultu
tuo inquit iudicium meum
prodeat oculi tui videant equi-
tatem Iudex etenim incorrup-
tus cuius sententia ex contemplatione

(Diffinitio legis)

assidua imago est equitatis. Iudex ergo utilitatis iustior et equitatis servus est princeps, et in eo personam publicam gerit quod omnium iniurias et dampna, sed et crimina omnia equitate media punit. Virga quoque eius et baculus adhibita moderatione contractus omnium et errores ad viam reducit equitatis, ut merito potestati spiritus congratuletur dicens: Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. Sed et clipeus eius fortis quidem, et qui malignantium iacula pro innocentibus potenter excipiet. Officium quoque eius illis qui minimum possunt plurimum prodest, et illis qui nocere desiderant plurimum adversatur. Non ergo sine causa gladium portat quo innocenter sanguinem fundit, ut tamen vir sanguinum non sit, et homines frequenter occidat, ut non incurrat nomen homicidii vel reatum. Si enim magno creditur Augustino, David vir sanguinum dictus est non propter bella sed propter Uriam. Et Samuel vir sanguinum aut homicida nusquam scribitur, licet occiderit Agag pinguissimum regem Amalech. Sanctus quidem gladius columbe est que sine felle rixatur, sine iracundia ferit, et cum dimicat nullam omnino concipit amaritudinem. Nam sicut lex culpas persequitur sine odio personarum, sic et princeps delinquentes rectissime punit non aliquo iracundie motu, sed mansuete legis arbitrio. Nam et si suos princeps videatur habere lictores, ipse aut solus aut precipuus credendus est lictor, cui ferire licitum est per suppositam manum. Ut enim ad Stoicos accedamus qui causas nominum diligenter investigant, lictor dicitur quasi legis ictor, eo quod ad ipsius spectat officium ferire quos lex iudicat feriendos. Unde et antiquitus officialibus quorum manu iudex nocentes ad puniendum, cum reo gladius immineret, obtemperare legis arbitrio dicebatur vel legem implere, ut rei tristitiam mitigaret illa mansuetudo verborum.

Quod princeps minister est sacerdotum et inferior eis. Et quod sit ministerium principatus fideliter gerere. C. iii.

Hunc ergo gladium de manu ecclesie accipit princeps, cum ipsa tamen gladium sanguinis omnino non habeat. Habet tamen et istum, sed eo utitur per principis manum, cui coercendorum corporum contulit potestatem, spiritualium sibi in pontificibus auctoritate reservata. Est ergo princeps sacerdotii quidem minister, et qui sacrorum officiorum illam partem exercet que sacerdotii manibus videtur indigna. Sacrorum namque legum omne officium religiosum et pium est, illud tamen inferius est quod in penis criminum exercetur, et quandam carnificii representare videtur imaginem. Unde et Constantinus Romanorum fidelissimus imperator, cum sacerdotum concilium Nicenum convocasset, nec primum locum tenere ausus est, nec se presbiterorum immiscere consessibus, sed sedem novissimam occupabat. Sententias vero quas ab eis approbatas audiebat, ita venerabatur ac si eas de divine maiestatis censuisset emanasse iudicio. Sed et libellos inscriptionum quos ad invicem conceptos sacerdotum crimina continentes imperatori porrexerant, suscepit signatos clausos et reposuit in sinu suo. Et cum eos ad caritatem et concordiam revocasset, dixit sibi tanquam homini qui iudicio subiacet sacerdotum illicitum esse causas exami-

nare tractas qui non potest
nisi a solo deo mediatem La-
bros quos recepit non in-
spectos dedit interdum/ patris
veritus turpia et convitia publi-
care Et Cham reprobi filii ma-
ledictionem incurrit qui pa-
tris verenda non texit Unde
et in scriptis Nicolai Romani ponti-
ficis idem dixisse narratur Si
propriis oculis vidissem sacerdotem
deum aut aliquem eorum qui mona-
stico habitu censentur sive peccan-
tem clamidem meam explicarem
et cooperirem eum ne ab aliquo
videretur Sed et Theodosius
magnus imperator ob unicum
noxium non tamen ceteris grave
a sacerdote Mediolanensi a rega-
li usu et insignibus imperii
est/ et vindictam sibi primam homini-
bus patienter et solempniter egit pe-
nitentiam ut doctoris gentium testimonio
utar/ maior est qui benedicit quam
qui benedicitur/ et penes quem
est conferenda dignitas auctoritas
Cui tamen dignitas ipsa confert
honor et privilegio antecedit
Porro de ratione divini eius est nol-
le cuius est velle et cuius est auf-
ferre qui de iure conferre potest
Hinc est Samuel in Saulem ob
causam inobedientie depositionis sententiam
tulit et ei in regem [illegible]
humilem filium Isai subrogavit
Si vero constitutus episcopus suscep-
tum ministerium fideliter gesserit
tantus honor ei exhibendus est
et reverentia tanta/ quantum capere
[illegible] mobilis corporis intellectus valeat
Debet autem fidelis minister cuius-
cunque conditionis melior [illegible]
sitatis subiectorum se personam gere-
re recordetur et se non sibi sicut vita
sed illis vivere cognoscit et
eo illis ordinata caritate distri-
buit Certum quod se deo debet.
Plurimum patrie sue multum pa-
rentibus et propinquis extraneis
minimum non tamen nichil Sapienti-
bus et insipientibus debitor est
pusillis et maioribus Sicut qui-
dem in spectaculo omnis est omnium pre-
latorum et eorum qui spiritualem curam

gerunt et qui temporalem secularem iuris-
dictionem exercent/ Unde et celesti-
s secretis que primum vetus scriptura
introducit et sacerdotes ut ad presens
ministerium taceat quo prefigurat christum
qui in celis sine matre et in terris
sine patre natus est Ille ingratus
patrem ut matrem legitur habuisse pro-
pter utrosque caruerit sed quia regnum et
sacerdotium De ratione non patitur ca-
ro et sanguis/ tamen in alterutro cre-
andis parentum respectus citra voluntatem
minime [illegible] debeat/ sed salu-
bria subiectorum fidelium vota. et in
alterutrum oblivionis apicem
quisquis conscenderit oblivisci debet
affectum carnis/ et id solum agere
quod subiectorum salus exposcit
Subiecti itaque prius sit et maritus.
Cuius si tenerrime novit affectio-
nis tali ea/ amari magis studeat
quam timeri et se talem illis exhi-
beat ut vitam eius ex devotione
observent sic et incolumitate illius
[illegible] probatam reputantes vitam
et ei tunc omnia recte procedit
et plurimorum stipatus obsequio pre-
valebit si opus est adversus innu-
merabiles Fortis etenim est ut
mors dilectio et [illegible] quem
firmiter amor constringit non
facile rumpitur Dorenses in
athenienses bello pugnaturi de even-
tu belli oracula consuluerunt
Responsum est superiores fore si regem
atheniensem occidissent Cum ven-
tum esset in bellum militibus ante omnia
regis custodia precipitur/ athenien-
sibus eo tempore rex Codrus erat/ qui
responso dei et preceptis hostium cogni-
tis castra hostium ingreditur
mutato regis habitu. Sarmen-
ta collo gerens. ibi turba obsi-
stentium a milite quem falce per-
cusserat interficitur Cognito regis
corpore Dorenses sine prelio di-
scesserunt atque ita athenienses vir-
tute ducis pro salute patrie mor-
ti se offerentis bello liberantur
Item Ligurgus in regno suo de-
creta constituens [illegible] inobse-
quia principibus [illegible] ad iusti-
tiam [illegible] firmavit Ausi ad-
diti quam usu et omnium scelerum [illegible]

sustulit. Senatui custodiam legum
zelo subsequendi senatui potestatem
dedit. Statuit virgines sine
dote nubere. et uxores eligen-
tur non pecunia. maximum hono-
rem pro gradu etatis senum esse
voluit. ita ut nec sane ius
tre locum honoratiorem senatus ha-
deinde ut civitatem suis legi-
bus daret. iure iurando obli-
gat civitatem nichil eos de eis
legibus mutaturos antequam
reverteretur. profectus est autem
Cretham. ibi perpetuum exilium exe-
git. abiit quoque moriens ossa sua
in mare iussit ne relatis ossibus
lacedemonii solutos se religione
iurisiurandi in dissolvendis le-
gibus arbitrarentur. His qui-
dem exemplis eo libertius per-
suadetur apostolum paulum eiusdem
usum. dum atheniensibus predica-
ret in areopago. Studuit predicator
egregius Iesum christum et hunc cru-
cifixum. sic viciis eorum ingere-
re ut per ignominiam crucis liberta-
tem multorum exemplis gentilium
provenisse doceret. Sed et ista per-
suasit fieri non solere nisi in
sanguine iustorum. et eorum qui
ipsi gererent magistratum. porro
ad liberacionem omnium scilicet iudeorum
et gentium. nemo sufficiens potuit
inveniri. nisi ille cui in hereditatem
gentes date sunt. et possessionem
omnis terra possessio eius. Convinc-
it aliud esse non posse quam fi-
lium omnipotentis dei asserunt.
tum preter deum gentes et terras
omnes nemo potest subegerit. du-
go sit crucis ignominia predica-
ret eo usque ut gentium paulla-
tim evacueretur stulticia. sen-
sum ad dei verbum. Dei quoque sapie-
ciam. et ipsum etiam divine ma-
iestatis solium verbum fidei et li-
gua predicatoris erexit. et ne vir-
tus evangelii subtrahens infir-
mitate vilesceret. a scandalo
iudeorum gentium quoque stulticia opera
crucifixi que etiam fame testi-
monio roborentur exposuit. cum
apud omnes constaret quod ea non
posset facere nisi deus. sed quia
multa in utramque partem crebro
fama mentitur. ipsa innuit
bat fama. quod discipuli illius
inguibra faciebant. dum adum-
bra discipulis aquarum infir-
mitate sanabantur egroti. Aliud
multa astucia dicitis. Crispi
actum inimici quoque prefocio tu-
diculas resurgens mortuus
consultabat. decios duces ro-
manorum se pro suis exercitibus devo-
visse percelebre est. Iulius quoque
Cesar dux inquit qui non
laborat cum militibus carus sit
militi nescit. armare nescit
humanitatem. Dux in exercitu ad-
versus hostes esse. Quam inquit
dixit militibus ite huc. sed
venite. Dicebat enim quia par-
ticipatus cum duce labor videbitur
militibus minor. Preterea vo-
luptas corporis duci quietis
vitanda est. Aiebat enim in
bello corpora hominum gladiis in
pace voluptatibus vulnerari.
Censebat enim gentium triumpha-
tor voluptatem nullo modo tam
facile superari quam fuga. eo quod
ipsum cum gentes dominicat
veneris nexibus moderant mihi
impudicia. Divine legis au-
ctoritate constat principem
legi iusticie esse sub-
iectum c. viii.
Sed quid ad emendicata
gentium exempla decurro
que tamen plurima sunt
cum rectius quisque potest
ad faciendam legibus quam exem-
plis urgeri. Ait ne ipsum princi-
pem iusque quasi solutum legi-
bus opinaris audi quam le-
gem imponat principibus rex ma-
gnus super omnem terram terribilis
et qui aufert spiritum principum
Cum inquit ingressus fueris terram

quam dominus deus dabit tibi et possi-
deris eam habitaverisque in ea et di-
xeris Constituam super me regem
sicut habent omnes per circuitum na-
tiones, eum constitues quem dominus
deus tuus elegerit de numero fratrum
tuorum. Non poteris alterius gentis
regem facere qui non sit frater
tuus. Cumque fuerit constitutus non
multiplicabit sibi equos, nec re-
ducet populum in egiptum equitatus
numero sublevatus, presertim cum dominus
preceperit vobis ut amplius nequa-
quam per eandem viam revertamini. Non
habebit uxores plurimas que al-
liciant animam eius, neque ar-
genti et auri immensa ponde-
ra. Postquam sederit in solio re-
gni sui describet sibi deuteronomium
legis huius in volumine accipi-
ens exemplar a sacerdotibus le-
vitice tribus et habebit secum
legetque illud omnibus diebus
vite sue, ut discat timere domi-
num deum suum et custodire verba
et ceremonias eius que in
lege precepta sunt, ut elevetur
cor eius in superbiam super
fratres suos, neque declinet
in partem dextram aut sini-
stram, ut longo regnet tempore
et filius eius. Hec ille. Quid
quid queso nulla lege certa
que lex ista constringit, licet
utique divina est et impune pos-
sit non potest. Singula verba
eius si sapiant in auribus
principum tormenta sunt. Taceo
de electione et forma eius
que in principis creatione exi-
gitur. Numeris formulam
que ei prescripta est. Interim pau-
lisper attende. Cum inquit fuerit
constitutus qui se toto pectore fra-
trem religiosum cultu et affectu
caritatis profitetur, non multi-
plicabit sibi equos quorum numero-
sitate sit subditis onerosus.
Equos enim multiplicare

est plures quam ipsa necessitas exi-
git. Vane glorie tamen vel ex-
ercitus altius congregare multi-
tum et parum si peripateticorum
principem sequimur legittime
quantitatis diminutum in singu-
lis rerum generibus vel excessum
significant. Habebit ne quo ca-
nes multiplicare volucres
rapaces aut truces bestias
aut quelibet portenta nec cum e-
quorum qui ad militiam necessarii
sunt et usui totius vite exercitii
magnitudine prescriptus est numerus. Nam
de histrionibus et mimis scurris
et meretricibus lenonibus et huiusmodi
prodigiis hominum que principem po-
tius oportet exterminare quam fovere
non fuerat in lege mentio facien-
da. Hec quoque omnis abhomi-
nationes istas non modo a principis
aula excludit sed eliminat a
populo dei. Equorum nomine totius fa-
milie et iumentorum suorum necessa-
rius intelligitur usus. Cuius legittima
quantitas est quam ratio necessita-
tis aut utilitatis exposcit. Ita
tamen ut utile et honestum co-
equentur. et quasi civilitas
consecrat honestatem. Philosophi-
cum iam pridem placuit pe-
nitioribus nullam esse opi-
nionem illorum opinionem qui
utile separant ab honesto. et
summam verissimam et utilissi-
mam esse honestum et utile in-
se usque quaque converti. Plato ut
referunt historie gestis cum vi-
disset dionisium sicilie tyran-
num corporis sui septum custodibus
Quod tantum inquit mali fe-
cisti ut a tam multis necesse
habeas custodiri. Sed utique prin-
cipem non oportet qui officiis
ita omnium sibi vinciat affectus
ut quisque subditus pro eo peri-
culis imminentibus caput opponat
Cum etiam urgente natura se
pro capite soleant membra
exponere. Et pellem pro pelle
et cuncta que habet homo po-
nat pro anima sua. Sequitur

Nec reducet populum ex proprio equitatis
vinculo sublevatus. Magna siquidem
diligentia praecavendum est omni qui
in sublimitate constituitur, ne
inferiores corrumpat exemplis
et abusione rerum et superbie
aut luxurie via ad confusionis
tenebras reducat populum. Fre-
quens enim est ut subditi supe-
riorum vitia imitentur. Emula
magistratum studet populus esse
conformis, et unusquisque li-
benter appetit in quo alium cer-
nit illustrem. Celebre est illud
versificatoris egregii sensum
et verba magnum Theodosium ex-
ponentis. Tu communiter iubes
si quid censes vel tenendum
primo iussa tibi. Tunc obser-
vantior equi fit populus, nec
ferre negat cum viderit ipsum
auctorem patrie sibi componitur
orbis. Regis ad exemplum nec
sic inflectere sensus humanos
edicta valent quam vita regen-
tis. Mobile mutatur semper
cum principe vulgus. Verum singu-
lorum facultates nequaquam vix
copiis coequantur. De loculis
propriis quilibet sumit. At po-
testatis de archa publica velut
fluminis haurit. Que si for-
te deficit ad singulorum reu-
ertitur facultates. At qui pri-
vatum quemque suis necesse
est esse contentum. Que si fu-
erit extenuata, que nunc
petentis appetebat fulgorem,
tunc paupertate sordibus con-
fusionis sive tenebras eru-
bescebat. Unde etiam Lacede-
moniorum decreto potestatibus
in usu publicorum bonorum parci-
tas indicta est, dum tamen
hereditariis uti et his que pri-
vatorum fortuna accedit om-
nibus liceat. Quod principem ca-
stum esse oportet et avari-
tiam declinare. Capitulum
sextum patet ad rubrica

xxx

Addicit lex. Non habebit u-
xores plurimas que alli-
ciant animum eius. Alli-
tum quidem fuit quibusdam in
populo dei ut propagande
sobolis gratia et fidelium populum dila-
tandi plures quis susciperet
uxores. In exemplum licentie
quam acceperunt patriarche.
Cum Sara usa sit iure suo cor-
pore viri sui Abrahe in utero
alieno ancille ministerio de
uno suscipiens filium Ismahe-
lem. Iacob quoque sororum sibi
duplicato coniugio famulas e-
arumdem ancillas ascivit. At
qui reges preterire prohibicionis
laqueo tenet. Et a plurium uxo-
rum amplexibus arcet. Et tamen
in aliis plures unius esse li-
citum fuit, in regibus preceptio ob-
tinet ut una unius sit. Ali-
quid fornicari vel adulterari
stuprum vel committere licet cum
pluribus, tamen ut etiam gentes mul-
tiplicande causa aut procreandi
heredis licet uxoribus adiungere.
Stupra adulteria aut
quaslibet feminarum pune-
at potestas eisdem subditus ambobus.
Licet uxores David quisquam obi-
ciat, qui forte in hoc se et in
multis aliis speciali gaudet
privilegio, licet facile conces-
sum sit et ipse in hac parte
deliquerit. Sane cum affecto
ille uxoris proditione et homi-
cidio in adulterium impegit. Ut
in illius excusatione laborem, quem
prophetica comminatio et commonitoria
parabola seipsum virum mortis
esse iudicat. Valeat utique rege
regibus delinquentes et veni-
am cum penitente peniteat
et fateantur cum confitente cul-
pam, et satisfaciant cum satisfaci-
ente revertatur ad viam. Quippe
quoque sapientissimum Salomonem infa-
tuavit mulierum amor. Secundum
Nec habebit argenti et auri

Immensa pondera auri et inne
Domino presidente argentum
sibi et aurum thezaurisant sci-
entes ex calumnia questum
de paupertatibus aliorum abunda-
ntiam quesierunt / de rapinis di-
uicias / et singularem sibi be-
atitudinem statuat in calami-
tate multorum. Sed copia Sa-
lomonis obiicit aliquis / ergo
principem locupletem fieri non
prohibeo. sed auarum. Alioquin
aurum et argentum Salomonis tem-
pore uiluerunt. Non utique uiluisset
si eorum uniuersa potencia et que
ipso excedent sibi rex cupidus
congessisset. Et potuerat ea in
terram defodiens quo cariora
fierent. Quamuis usibus sub-
traxisse. Apud Petronium Tri-
malchius refert fabrum fuis-
se qui uitrea uasa faceret
tenacitatis tante / ut non ma-
gis quam aurea uel argentea
frangerentur. Cum ergo phialam
cuiusmodi de uitro purissi-
mo et solo ut putabat
dignam Cesare fabricasset
cum munere suo Cesarem
adiens admissus est. Laudata
est species muneris / commen-
data manus artificis. acceptata
deuotio donantis est. Fa-
ber uero ut admiratorum in-
tuentium uerteret in stuporem
et sibi plenius gratiam concilia-
ret Imperatoris petitam de ma-
nu Cesaris phialam recepit
eamque ualidius proiecit in
pauimentum tanto impetu
ut nec solidissima nec con-
stantissima eris materia
maneret illesa. Cesar autem ad
hec non magis stupuit quam ex-
pauit. At ille de terra sustulit
fialam que quidem non fracta
erat sed collisa ac si eris
substancia uitri speciem induis-
set. Deinde Marcolum de
sinu proferens uitrum correxit
aptissime et tamquam collisum uas ene-

um crebris ictibus reparauit. Quo
facto se celum Iouis tenere ar-
bitratus est. eo quod familiaritatem
Cesaris et admiracionem omnium se pro-
meruisse credebat. Sed secus
accidit. Quesiuit namque Cesar
an alius sciret hanc condituram
uitrorum. Quod cum negaret
eum decollari precepit dicens
quia si hoc artificium innotesce-
ret aurum et argentum uilescerent
quasi lutum. Quamuis uera sit relacio
et fidelis in istum non est de facto
Cesaris diuisio diuersa sentiant
ego uero sapiencior fieret non pro-
uidentis in istum de potestate
potentis artificis male remu-
nerata arbitror. et inutiliter
beneficio quam prospectum / tum ars
egregia deleta sit. ut fomes
auaricie pabulum mortis con-
tineat multorum quam causa pe-
cunia. pecunie quam materia specula-
tetur / in pretio / quod sine ho-
minis diligencia fuerat habita-
re / tum sine esse non possit
que tamen pretium est / utique in
pretio pretium minus est / Dat tamen
sub honores / census amicicias
pauper ubique iacet. Longe
utilius quidam omnem malici-
am iurgiorum et causam odii
a suis rebus publicis extermi-
nare studuerant Ut tamen
desiderii effectus malicie cum
cesset. Quale est decretum
Ligurgi apud Lacedemonios
et in antiqua Grecia que
nunc pars Italie est sannii
doctrina Pitagore qui constitu-
cionum suarum robore et uirtute to-
tam tradit seruasse Italiam
Omnem aurum cum argento uile-
scat. dum sit sola uirtus in precio
Et illa Liguroid ipso optima
dux uiuendi nature commen-
dat / pauper itaque non iacebit.
Nec diues solo suo pecunie
censu honorabit. Cum unus
quisque simplici dote in precio sit

ne vilesceret Porro quedam a se
quedam ab aliorum opinione ha-
bent precium dignitatem Panis
siquidem aut victualia que in
alimentis aut indumentis
necessarium constat, dictante
natura sunt vbique preciosa in pro
pria Nunc sensus oblectat valet
omnibus grata sive Nunc insi-
ta que natura sit nemo captat
sed vigent apud homines omnes
Hec opinio et arbitrio statuta
meta sunt / et sicut ad placitum
sunt ita et ad placitum va-
lescunt Illo fuerat timendum
imperatori ne ingratia comesto-
rum desisteret tradunt etiam
et apud alios venalicium fie-
quenter sit qui pecuniam non no-
uerant Scio equidem tritice sa-
piencie fuisse Salomonem ut
nunquam timuerit ne aurum
et argentum vilesceret posteris
quorum nam apud priores
videbat multum esse famelli-
cam. et pro parte in anima
nichil aliud quam pecuniam esu-
rire / vnde per inspiratam sapi-
enciam hanc vilitatem hanc
contempsisse egregius ut ad
contemptum pecunie sui exemplo
posteros invitaret Rex ergo
legem tenet expedit copiosum
ita tamen ut divicias su-
as ipsi reputet Non habebit
ergo divicias quas nomine possi-
det alieno Nec sibi privata
erunt bona fiscalia que pu-
blica constituerunt Nec mirum
cum nec ipse suus sit sed subdi-
torum Et debet legem dei ha-
bere pre mente et oculis semper
et precipue esse in libris c. xvi

Postquam autem sederit in solio
regni sui describet sibi deu-
teronomium legis huius in vo-
lumine Ecce quia princeps
non habet esse iuris ignarus
et licet militis priviligiis gaude-
at nec militie preterit legem do-
mini per militem ignorare

describet ergo deuteronomium legis
id est studium legem in volumine
cordis / ut sit lex prima qua tra-
dingerit / secunda qua circa misti-
cus intellectus agnoscit Prima
quidem scribi potuit lapideis tabulis
sed secunda non imprimitur nisi in
puriore intelligencia mentis / et re-
cte in volumine describitur quia secun-
da sic apud se sensum legis
princeps revolvit quod ab actu
eius studio recedit Et sic quidem
insistat littere ut nequaquam ab in-
tellectus discordet puritate Lit-
tera namque occidit. spiritus vivificat Et
penes ipsum humani iuris et equi-
tatis media interpretacio necessaria
et generalis existit Accipias inquit
exemplar a sacerdotibus levitice tri-
bus Recte quedam enim legis
inanis est censura si non divine
legis imaginem gerat / et inutilis
est constitucio principis si non es-
set ecclesiastice discipline con-
formis Quod et christianissimum
non latuit principem qui legibus
suis indixit ne dedignentur
sacros canones imitari Et
levitice sacerdotes et exemplaria
peti precipit / sed ad levitica
tribum intuiandi gratia princi-
pem mittit / sit ergo legittimi
sacerdotes audiendi sunt ut verb-
bis et ascendentibus ex adverso
omnem vir iustus claudat au-
ditum Sed cum sint sacerdotes le-
vitice tribus illi utique quos sive
avaricia stimulis sive ambi-
cionis impulsu sive affectione
carnis et sanguinis lex in ec-
clesiam introduxit Non autem lex
lex que mortificat. sed spiritus qui
in sanctitate mentis et mundicia
corporis fidei sinceritate et operi-
bus caritatis vivificat Sicut
in umbratilis lex et gens que
signavit. sacerdotem in singularitate
carnis et sanguinis preelegit
sit postquam cessantibus umbris

Veritas patefacta est, et iusticia
de celo prospexit, quos vite com-
mendat meritum et bone opi-
nionis odor. Et primitus sacerdotum
aut prelatorum diligens provide-
cia in opus ministerii segregavit
sponsus applicat ad leviticam tri-
bum et legittimos instituit sacer-
dotes. Additur: Et habebit secum
legetque illud omnibus diebus
vite sue. Attende quanta debeat
esse diligentia principis in lege
domini custodienda, qui eam sem-
per habere legere precipitur et revolvere.
Sic rex regum factus sub lege o-
mnem implevit iusticiam le-
gis, ei non necessitate sed voluntate
subiectus. Immo in lege volun-
tas eius, et in lege domini medita-
tus est die ac nocte. Quid
si illi in hac parte non creditur
imitandus, qui non regalem gloriam
sed fidelium amplexatus est pau-
pertatem. Et indutus est forma ser-
vili, reclinatorium capiti non que-
sivit in terris. Et interrogatus
a iudice regnum suum dixit in mun-
do non esse, confessus est. Profi-
ciant vel exempla regum illu-
strium quorum memoria in bene-
dictione est. Procedant quoque de
castris Israel David, Ezechias
et Iosias, et ceteri qui in eo
regni gloriam constare credebant
sed dei querentes gloriam se et sub-
ditos divine legis nexibus in-
nodarent. Et ne illorum remota
videantur exempla, et ex eo se-
quenda minus, quod a lege correcti
et ritu operum et religionis cul-
tu et fidei professione alienan-
tisser videntur abscedere, licet
nobis et illis eadem fides sit,
Ista tamen ut quod illi futurum
expectabant nos ex parte
impleta gaudeamus et veni-
mus in plenitudinem, abiectis umbris
umbrius figurarum, exque vitiis de-

tia erecta est et in conspectu gentium
revelata. Sunt inquam illorum
quasi aliena aut prophana con-
tempnantur exempla. Constan-
tinus, Theodosius, Iustini-
anus et Leo, et alii christianis-
simi principes, principes prius in-
struunt christianum. Hii eo namque pre-
cipuam operam dabant, ut sacratis-
sime leges que constringunt
vitas omnium scirentur et tenerentur
ab omnibus, licet illarum esset quisquam
ignarus, nisi aut publice utilita-
tis erroris dispendium compensaret
aut imbecillitate etatis aut se-
xus infirmitate legittime acerbi-
tatis evitet aculeos. Illorum
utique gesta virtutum monumenta
sunt, verba quoque tot institutio-
nes morum. Denique vita vitiis
subiugat et captivitatis quasi
arcum triumphalem constituentium
posteritati magnifice virtutum
titulis erexerunt, fideli confes-
sione protestantes in quibus
non manus mea excelsa, sed dominus
hec facit omnia. Et quid Constan-
tinus? Romana ecclesia fundata et do-
tata ut tota eius tueantur
ecclesia benedictione perpetua in-
signis est. Iustinianus et Leo
qui fuerint ex eo claret quod toto
orbe sacratissimis legibus enu-
cleatis quasi quoddam templum
iusticie sacrare studuerunt. Quid de
Theodosio quid dicam, quem isti
principes habuerunt exemplar
et celum dei ob religionem et iusti-
cie venerabilem notam et sacerdoti-
bus patientissime tamen et humil-
lime indignationem non modo ut im-
peratorem revocata est, sed ut an-
tistitem, qui leges tulerat quam
placuerit tulit sententiam sacerdotis
Mediolanensis, et ne sententiam
emolliret presbiteri et principibus
applaudentis suasit venerari
principes, angelum? vsu suscepti est

princeps exclusus ab ecclesia et
penam peccati coactus est explere
solempnem. Sed quid eum tante
solempnitati subiecerat, volun-
tas utique subiecta iusticie dei et
legi eius ipsique qui contempnunt
Et iusti que iniqua lenitate
ferunt dixeris habere contem-
ptui ~~[illegible]~~ Ex hiis quibus li-
quido noscerint apud Claudium
Claudianum quis ipse in scriptura-
tis morum extiterit paucis a-
gnoscetis. Ceterum cum premisse le-
gis verba revolvo singula in-
videntur commissa commista
et quasi spiritus intelligentie
fecunditate menti occurrunt
Habebit inquit post scriptum legem
providens ne ad dampnationem
suam cum ea habere necesse sit habeat
contra se potentes etenim po-
tenter tormenta patientur. Et
adiciat: Leget eam illud. Legem
siquidem habere in mantica sed
parum prodest nisi fideliter custo-
diatur in anima. Legenda ergo
omnibus diebus vite sue. Ex qui-
bus liquide constat quam ne-
cessaria sit principibus peritia
litterarum qui legem domini quot-
tidie legere iubeantur. Non facile
invenies forte quod sacerdotes legem
quottidie legere iubeantur; prin-
ceps vero quottidie legit et diebus
vite sue quia qua die non le-
gerit legem ei non dies vite
sed mortis est. Hoc utique sine
difficultate illiteratus non faciet
Unde et in litteris quas regem
Romanorum ad Francorum regem trans-
misisse recolo quibus hortaba-
tur ut liberos suos disciplinis li-
beralibus institui procuraret
hoc inter cetera eleganter adiecit
quia rex illiteratus est sicut
asinus coronatus. Si tamen ex
dispensatione ob reipublice utilitatem
meritis principem contingat
esse illiteratum, eum decet agi li-

teratorum consiliis ut ei res re-
cte procedat. Necesse est assistat
ergo ei Nathan propheta et Sadoch
sacerdos et fideles filii prophetarum
qui eum a lege domini declinare non
patiantur, et quia ipse oculis
omnino non videt linguis suis
introducant quasi quoddam au-
rium hostio lectionem. Legat utique
mens principis in lingua sa-
cerdotis et quicquid egregium
videt in moribus quasi legem
domini veneretur. Nam et vita et lin-
gua sacerdotum quasi quidam vite
liber est in facie populorum. Eo
forte precipitur quod a sacerdotibus levi-
tice tribus exemplar legis iu-
betur assumi. Quia sacerdota-
lis enim debet potestas commissi ma-
gistratus gubernacula moderari
nec expers omnino lectionis qui
et si ipse non legit que leguntur ab
aliis fidelibus fideliter audit
Cui vero neutrum fuerit quoniam in
contemptum precepti quod precipitur
fideliter adimplebit. Continuo
namque desiderabilium omnium sapientie
accessit et Tholomeus ad
cumulum beatitudinis non ne si-
bi aliquid deesse credidit donec
actis septuaginta interpretibus
liceret cultius esset legem domini
a grecis communicat. Nichil
cum refert an interpretes in eadem
cellula clausi contulerint an
prophetaverint in diversis, dum
constet regem in veritatis inqui-
sitione sollicitum in grecam legem
domini traiecisse. In Atheniensium
nobilibus legisse me memini
quod cum Philippi Macedonis morum
legerat historiam inter cetera
bellatorum stilum quasi belli
negocia et victoriarum triumphos
liberalitatem immense humanitatis
officium et quecumque lepide ci-
viliter dicta vel facta sunt
colorauit, verum et sic ipsum in quo

se alijs excellentiorem noverat/ qui
honorum hereditariorum fundamen-
tum adminiculum que servabit ve-
rum et felicitatis future heredi
transmittere curavit Ob hanc
causam Epistola eius destinata
aristotili imperanti alexandri ut
servabatur in greco visa est exscri-
benda Philipus aristotili salutem
dicit Filium michi genitum sci-
to quo equidem diis habebo gra-
tiam/ non proinde quia natus
est. quam pro eo quod cum nasci con-
tigit temporibus vite tue Spero enim
fore ut educatus eruditus quoque a
te dignus existat et nobis et
rerum tantarum susceptione Fines
Imperatores aut duces sine co-
rum res publica vigint illiteratos
esse non invenimus Et nescio quo
contigit quod ex quo in principibus
virtus languisset litterarum clema-
te quasi milicie infirmata est
manus. et ipsius principatus quasi
precisa radix Et nec mirum/ cum
sine sapientia nullus stare aut
esse valeat principatus Boetius
Appolinis oraculo sapientissimus
illud natus est et qui sine cont-
radictione septem illos qui dicti
sunt sapientes incomparabiliter
antecessit Nec in opinione sa-
pientis virtute Tullius Deinde fe-
re beatas res publicas asserunt
si eas philosophi regerent. aut rectores
earum studere sapientie contigisset Et
si sibi Boetius dicunt contempne-
da auctoritas/ per me inquit
sapiencia reges regnant et con-
ditores legum iusta decernunt
per me principes imperant et po-
tentes discernunt iusticiam Ego
diligentes me diligo/ et qui
mane vigilant ad me inve-
nient me Melior enim sit omnic
et gloria/ opes superbe et iusticia
Melior est fructus meus auro et

lapide precioso/ gemina mea argen-
to electo In viis iusticie am-
bulo in medio semitarum iudicij
ut ditem diligentes me et
thesauros illorum repleam Item
meum est consilium et equitas
mea est prudencia. mea est forti-
tudo Et alibi Accipite discipli-
nam et non pecuniam doctrinam ma-
gis quam aurum eligite Melior
est enim sapientia cunctis opibus
preciosissimis. et omne deside-
rabile ei non potest comparari Ex
gentiles nec sine numine
divinitu credebant fieri verum
tamen quasi deum deorum et omnem
principem extollebant scilicet sapi-
entiam Adeo quod omnibus post
deos et philosophi veteres ymaginem
sapientie prioribus omnium templorum
pingi et hec verba sibi debere
censuerunt Usus me genuit
peperit memoria/ Sophiam me vo-
cant graij vos sapientiam/ et
hec idem Ego odi homines sal-
tos et ignavia opera et phisi-
cas sententias Et quamvis illi elegan-
ter ista finxerint/ licet veri-
tatem ipsam plene non nove-
rint ad eam tamen aliquatenus
accedentes dum sapientiam omnium que
certe sunt reginam et principem
arbitrantur cum et ipsa veraci-
ter glorietur quod in omni gente
et populo a principio primatum te-
nuit superborum et sublimium
colla propria virtute calcans Sa-
lomo quoque se eam super salutem
et omnia pulcra dilexisse fatetur
et ad ipsum cum ea omnia bona ac-
cessisse Rubrica septima

Quod timorem dei doceri debet. et
humilis esse. et sit servare hu-
militatem suam auctoritas publi-
ca non minuatur. et quod scep-
trorum alia mobilia alia
immobilia. capitulum vij

vj Sequitur ut discat time-
re dominum deum suum et custodire
verba eius que in lege pre-
cepta sunt. Causam legi-
time observantie lex ipsa
subiungit, ut discat inquit. Dili-
gens itaque lector legis discipu-
lus est non magister. Nec ad sensum
suum captivam retorquet legem,
sed menti eius et integritati sen-
sus suos accommodat. Sed discipu-
lus iste quid discit? utique timere
dominum deum suum. Recte quidem,
eo quod quia sapientiam parit et consummat
principatus, atque initium sapientie
timor domini. Cum enim qui timoris
non initiatur gradu, frustra ad
legitimum principatus culmen aspirat.
Legitimi inquam, nam de quibus-
dam regnantibus deiectis et iam se-
rius deiciendis scriptum est. Ipsi
regnaverunt et non ex me. Principes
extiterunt et ego ignoravi. Et al-
ibi, tenentes legem nescierunt sa-
pientiam. Timeat ergo dominum princeps
et se prompta humilitate mentis et
pia exhibitione operis servum profi-
teatur domini eternum. Serviunt dominis et
serviunt itaque domino principes. Dum con-
servis suis subditis fideliter
serviunt. Sed et dominum deum esse agno-
scat, cum non plus timoris quam ma-
iestatis quam amoris quam pietate exhi-
bendum est. Pater enim est et cui
nulla creatura ipsius faciente
merito negari potest dilectionis affe-
ctum. Si ergo inquit dominus sum, ubi
est timor meus. Et si pater, ubi
est amor meus. Verba quoque
legis custodienda sunt, ut ex primo
timoris gradu quadam quasi vir-
tutis scala felici procedat ascensu.
Dilectio inquit illius custodia
legum est, quia omnis sapientia timor
domini. Porro qui timet dominum
faciet bona, et qui continens est
iustitie apprehendet illam, et ob-
viabit illi quasi mater honorifi-
cata. Sed que verba diligentia tanta
custodiat, utique que precepta sunt in
lege, ut apud principem iota vel
apex legis non cadat in terram,

quod non ille princeps vel manibus
subditorum exsufflet. Sunt autem precepta
quedam perpetuam habentia necessitatem
apud omnes gentes legitima, et que
omnino impune solvi non possunt. Ante
legem, sub lege, sub gratia omnes lex
una constringit. Quod tibi non
vis fieri alii ne feceris, et quod
tibi vis fieri faciendum, hec facies
aliis. Procedat nunc declamatores
potentium, susurrent aut si hoc
non parum est publice promulgent
principem non esse legi subiectum,
et quod ei placet non modo in iure
secundum formam equitatis condenda
sed qualitercumque legis habere vigorem.
Regem quem legis nexibus subtra-
hunt, si volunt et audent exle-
gem faciant. Ego non modo his
renitentibus sed mundo reclamante
ipsos hanc legem teneri confirmo.
In quo enim inquit qui nec fal-
lit nec fallitur iudicio iudicaveritis
iudicabimini, et certe iudicium gra-
vissimum in his qui presunt fiet,
eo quod mensura conferta bona
coagitata et superaffluens re-
fundetur in sinus eorum. Nec tamen
dispensationes legis subtraho mani-
bus potestatum. Sed perpetuam preceptorum
aut prohibitionum habentia libito
eorum nequaquam arbitror sup-
ponenda. Cum his ita quod dissimulat
que mobilia sunt eis dispensatio
verborum admittitur, ita tamen ut ex com-
pensatione honestatis aut utilitatis
mens legis integra conservetur.
Ne elevetur inquit cor eius
in superbiam super fratres suos. Quod pre-
cipue necessarium est sepius repli-
cat, eo quod humilitas nunquam satis
videtur commendari principibus.
Et difficillimum est ut gradus ho-
noris tumorem non pariat in
animo imprudentis. Superbis
itaque resistit deus, et humilibus
dat gratiam. Proinde rex orat
ne veniat ei pes superbie, quia in eo re-

ciderunt qui operantur iniquitatem
expulsi sunt nec potuerunt stare.
Quod itaque superbiat super fines, sed
cum factum meminerit fratrum
omnibus subiectis impediat affectum
et quamvis prudentum humilitate cum
discretione et caritate indicat
principibus. Secunda sine ista omnino
subsistere non potest principatus. Cuius
quidem ergo ipse celsitudinis condi-
cionem amat. humilitatis cultum tempo-
ribus diligentissime teneat. Ita
qui ab humilitatis operibus recedit
dignitatis sue fastidio tumens
pondere cadit. Pertinet enim precipue
secunda sententia. Qui se humiliat
exaltabitur. Et vicissim. Qui
se exaltat humiliabitur vel depri-
metur. Regem Romanorum novis-
simum Tarquinium deiecit super-
bia et eum ab humilitate magis ne-
cessarios substituit magistratus.
denique quomodo superborum letitiam re-
gnare iniustus/ Romanorum namque
qui per superbiam ceciderunt historia
copiosa est. Nec tamen ceteris
superbia prestet ut incidat in
contemptum. Secunda sit elatio
etiam et abiectio declinanda est.
Unde et de iure Romano tum est
dicit quoniam is sequitur in ascendendo
facilis provocatur contemptum ef-
fectum non patiatur. Accedat et
addicit ne presides provincia-
rum in pellicionibus familiaritate
admittunt provinciales. Ex
qua ex conversatione contemptus na-
scitur dignitatis. Oportet ergo
in publico ipsa maiestate et a-
pud se privata condicione statum
pariter inveniat. Hoc ipsum an-
tiquorum priorum documentum faci-
endo cognoscere. Ad philosophum Thau-
rum Athenas visendi cogno-
scendique eius gratia venerunt
pariter Crethe provincie pre-
ses et pater eius, sed privatus. Thau-
rus venientibus placide assur-
rexit. resedit quoque post mutuam
salutationem. allata est mox una
sella que in promptu erat, et

dum alie promebantur apposita
est. Invitavit ergo Thaurus
patrem presidis ut sederet. Atque ille
sedeat hic potius qui populi Romani
magistratus est. Absque preiudicio in-
quit Thaurus tu interea sede
dum conspicimus querimusque utrum
conveniat te vel potius sedere qui
pater es an filium qui magistratus est
Romani magistratum. Et cum pater
assedisset. appositum quoque esset
aliud filio. super ea re Thaurus
his qui convenerat verba fecit
cum summa bone deus honorum
atque officiorum pensatione cum
eorum sententia hec fere fuit. In
publicis locis aut muneribus
patrum iura cum filiorum qui in ma-
gistratu sunt potestatibus sunt colla-
ta interquiescere paululum et co-
nivere/ sed tamen extra rem pu-
blicam in domestica re atque
vita sedeatur ambuletur in convi-
vio quoque discumbetur familia-
ri tunc inter filium magistratum
et patrem privatum publicos ho-
nores cessare naturales et genui-
nos exoriri/ Hoc ergo inquit
Thaurus quod ad me venistis quod
nunc loquimur de officiis diffe-
ramus privata actio est. Itaque
tu pater utere his honoribus
prius quibus quoque domi ve-
stre te uti priorem decet/ Hec
ergo magistratibus persuadenda
sic arbitror ut in splendore
publice dignitatis memores
sint private condicionis/ status/ ut
non derelinquant publice dig-
nitatis gradum. Sic etiam colla-
tam sibi honoris integritate
servet. ut aliorum non diminu-
at dignitatem/ et sic quisque
privata polleat dignitate ut
non fiat iniuria publice pote-
stati. De moderatione iusti-
cie et clementie principis
que debent in eo ad utili-
tatem reipublice contem-
perari. Capitulum viii

Optineat ergo in principe
quod debet in omnibus opti-
nere. Nemo que sua
sunt querat optinere
sed que aliorum. Verum
ipsius affectionis modos quos
caritatis brachiis subiectos ut
fratres amplexatur moderationis
limitibus claudit. Sic enim fratres
diligit, quod errores eorum medici-
naliter corrigit, sic in eis car-
nem agnoscit et sanguinem
ut ea spiritui subiciat dignitati.
Medicorum utique consuetudo est
ut morbos quos fomentis et
lenioribus medicinis curare
nequeunt gravioribus adhibitis
igne puta vel ferro curent.
Vix unquam utuntur gravibus
nisi cum leviorum beneficio vel
desiderata sanitas desperatur.
Sic et potestas cum infirmorum vitia
mansueta manu curare
non sufficiat, penarum acrimo-
niam dolens recte infundit
vulneribus, et pia crudelitate se-
vit in malos dum bonorum in-
columitas procuratur. Sed quis
sine dolore proprii corporis membra
valuit amputare? Dolet ergo
cum exigentibus culpis vindi-
ctam exponit, eam tamen patitur
inpita dextra. Sinistra namque
non habet princeps, et detrunc-
atum membrorum corporis cum ipse
ceperit, est legi tristis et do-
lentis famulatum. Philippus
cum audisset Philistiam quen-
dam bonum pugnatorem aliena-
tum animo sibi, quod et filias tres
inops vix aleret nec a rege
adiuvaretur, monentibus amicis
ut eum caveret: Quid, inquit Phi-
lippus, si habeam partem corporis
egram, abscidam ne potius quam cu-
rarem? Deinde familiarem se-
creto elicitum Philistiam acceptaque
difficultate necessitatum dome-
sticarum pecunia sufficienti instruxit,
ac meliorem fideliorem comha-
buit quam fuit antequam crederet

offensus. Ut enim ait Lucanus,
principem senem moribus esse oportet
et qui moderatius sequatur con-
silio, et vicem gerere medicorum
qui morbos curant nunc exina-
nitione in oppletivis, nunc
refectione in vacuis, et dolorem
sedant nunc cauterio nunc fo-
mentis. Preterea sit in verbo af-
fabilis, munificus in beneficiis
et integre auctoritatis, sicut in
moribus dignitate. Eximia namque
beneficiis conciliet sermo blandus
et lingua gratiosa amicos fidelis-
simos et constantissimos, etiam
a durioribus extorquet beneficia
et que fieri solent et soli-
dant et innovant dignitati debetur
reverentia subditorum. Egregie
quidem Traianus ethnicorum optimus
augustorum, arguentibus cum amicis
quod in omnes nimium et ultra quam
deceret imperatorem communis esset, re-
spondit se talem velle impera-
torem esse privatis, quales impera-
tores sibi esse privatus optasset.
Unde et relatu Plinii Secundi
admonitus, qui tunc inter ceteros
iudices persecutores catholice destina-
tus auctoritate erat, a nece mar-
tirum persecutionis gladium revocans
edictum temperavit. Et forte cum
fidelibus Christi mitius nisi
decessorum legibus et exemplis
provocatus, ut putabat, consilio
et auctoritate [illegible] ad delendam
sectam horum opinione publicam
superstitiosam et vere religioni inimicam
militaret. Attamen usquequa-
que commendanda iustitia hac qui
Christum ignorabat, sed culpam
ipsius externo quod alibi ex-
tendebat impulsu et ad [illegible]
vim [illegible] quod ipse ple[illegible]
agebat instinctu. Tanta cle-
mens in omnibus, austerus in pau-
cis quibus parcere nephas esset,
adeo ut toto sui imperii curricu-
lo unus damnatus sit senatorum
nobilium [illegible] libet innocen-
tium plurimi [illegible]

dedignasse. Dicit autem a senatu ad
natus est ignorante. Traiano
dicebat etiam insanum esse qui o
culos si habeat lippientes eos
malit effodere quam curare. Arbi-
tros et ungues si acriores fuerint
resecandos esse non evellendos.
Si enim citharedus aliique fidici-
nes multa diligentia procurant
quomodo oberrantis corde contrac-
tum et eam aliis unanimem
reddant consonancie quam dulcissimam
dissidentium consonanciam cordis
non ruptis sed tensis proportiona-
liter vel remissis, quanta sollicitudine
oportet principem moderari nunc
rigore iusticie nunc remissione
clemencie ut subditos faciat quasi
unanimes esse in domo et quasi
discordantium ministerio pacis et
caritatis operibus unam faciat
perfectam et maximam armoniam.
Hoc autem certum est cordas remissius
intensas quam protendi remissa
vero nam intenso artificis peri-
tia convalescit et debitam sonum
reddit gratiam. sed que semel ru-
pta est nullo artifico reparatur.
Profecto si quis exigitur quiesco
quod fructu tenditur et sepe
cuius venitur ad nullum quod adeo
qui minus exigitur. Aut etenim
est pater ad petitas principes ad
pulcra velox. Eo ut quod dolet
quoniam cogitur esse severus. Al-
terum namque iusticie alterum pietas
est que adeo principi necessaria
fuerit ut quisquis sine illa non
modo principatum sed quemlibet
magistratum vendicat. Et iusticia
seipso irrideat sed et aliorum
in se provocat risum contemptum
et odium. Misericordia nequit et
veritas non te deserant circumda e-
as gutturi tuo et scribe eas in
tabulis cordis tui. et invenias
graciam disciplinam bonam coram deo
et hominibus. Vera namque debe-
tur nunc iusticie disciplina veri-
tas graciam et amor subditorum qua-
dam producat gracia optimum in-
strumentum est omnium gerendorum.

Sed et amor sine disciplina non pro-
ficit. Nam cessante iusticie stimu-
lo precipue se in lascivia resolvit.
Meditatur ille igitur sapientiam
et de ea sit iusticia operatur quia lex
clemencie semper est in lingua
eius et sic clemencia temperat
rigorem iusticie quia lingua eius
iudicium loquitur. Officio namque
eius iusticia in iudicium vertitur ea-
quod necesse est vacare non lice-
at quod seipsum sibi collato destitu-
at honore. Ea honor etenim regis
iudicium diligit et delinquen-
tium culpas tranquilla mentis
moderacione compescit. De ma-
gistratuum moderatore fertur sep-
isse Plutarchus librum qui in-
scribitur archigrammaton. et ma-
gistratuum sue urbis ad pacem
et iusticie cultum verbis instituisse
fertur et exemplis. Solet autem
servo habebat hominem nequam
contumacem, sed liberalibus
disciplinis erudituum egregie et
exercitatum satis in disputacio-
nibus philosophie. Contigit ut ne-
scio ob quam noxam ei tunicam
detrahi cedi quod iubet Plutar-
chus. loro cepit verberare duris-
sime. Cum tamen inficiaretur cul-
pam dicens se nil egisse mali
nil sceleris admisisse. Et ob
loquebatur se nullis demerui-
sse obsequiis ut vapularet.
Postremo cum nil proficeret
vociferari cepit et inter vapu-
landum iam non gemitus
et gemitus eiulatus quod sed va-
scia et obiurgatoria iacu-
labatur. Licet ita se habere
Plutarchum ut philosophum deceret. Ira-
sci turpe esse ei persimemini
de malo ire sepius disseruerit.
Librum quod pulcherrimum scri-
pserat de patientia addiciebat
esse proditum quod doctrinam suam
illorum impugnabat eo quod
a mente integritate prolapsus
effusus et provolutus in iram
plurimis plagis mactaret.
Tunc autem lene Plutarchus

lente. quid et lenit tuo summa communitate inimicum quod vapulas tibi irasci videor? Est nec ira mea si a me debitum recipis. Revolvo ne meo aut ex voce aut ex colore aut ex gestibus ira me corruptum intellegis an tortuum [illegible] quid? Sepnior neque oculi truces sunt neque os turbidum neque manus clamo neque in spumam ruborem quod [illegible] nec pudendum dico aut penitenda neque [illegible] trepido ira aut gestio. Hec omnia quippe si nescis signa irarum esse solent. Et simul ad eum qui tenebat conversus interim inquit dum ego atque hic disputamus tu hec age et sic iracundia mea retunde servulum contumaciam. Et in quantum peniteret doceris plus quam verge. Sit Plutarchus in quo non parum erudicionis relictum est omnibus qui in sublimitate stant.

Quid sit declinare ad dexteram vel ad sinistram quod principes prohibentur. c. ix

Sequitur neque declinet in partem dextram vel sinistram. Ad dextram declinare est virtutibus nimis vehementer insistere. Ad sinistram declinare est in virtutis operibus que in medio consistit modum excedere. Omnis vero vehementia salutis inimica est. Et excessus omnis in culpa. Bonarumque rerum consuetudo nimia pessima est. Unde ethicus: Insani sapiens nomen ferat equus iniqui ultra quam satis est virtutem si petit ipsam. Et prius: Cave quod est nimium. Quia si hec ipsa cautela modestia deserit, corpus a tramite virtutis incaute recedit. Salomon quoque: Noli inquit esse nimis iustus.

Quid ergo nimirum prodest si regina virtutum iusticia in sui immunitate obest? Alibi quoque: Summa crudelitas maxima pars superbie est. Ad sinistram declinare est per abrupta viciorum virtutumque deviare a via. Item flectitur ad sinistram qui in subiectorum culpis nimis pronus est ad vindictam. Et ad dextram gressum torquet qui delinquentibus compassione nimis indulget. Sunt autem utraque devia quamvis ad sinistram vertit perniciosius est.

Quid utilitatis de cultu iusticie principes consequantur. c. x

Sed legittime huius observantie que nam erit utilitas? Eam utique propheticus sermo protinus subdit: Ut cum sit longo tempore regnet ipse et filius eius super Israel. Certe namque que tante difficultatis futura sit merces, dum regna patrum filiis longo tempore protelantur. De virtute namque parentum protenditur successio filiorum. Et succedentium felicitas excedentium iniquitate perditur. Nam sacre scripture teste est testimonio quia iniusti disperibunt simul et reliquie impiorum peribunt. Salus autem iustorum a domino est qui protegit eos in tempore tribulationis. Sed cum temporis tocius quantitas sit minutissima momenta desinat. Et in eo non nisi ad modum breve momentum subsistat, quod in eo potuit esse longum cum ea omnia si colligantur in unum eternitati collata nec puncti quidem locum obtineant. Eo quod finiti ad infinita nulla est comparatio. Certe centri ad periferiam vel circumferentiam. Et si

exigua aliqua tamen ut pluribus
placet per mortem concluditur et temporis
nulla. Secundo ergo longum erit in
eo quod totum breve dicitur/ agit que beati-
tudo temporis anime videbitur diutina/
si ea fidelis et perpetua erit et quanto-
libet tempore continens caritura
Sed ergo in loco isto ut tamen sine
preiudicio sive sanioris dictum
intelligatur longo temporis regnum di-
ci arbitror ipsius anime indeficie-
ntis etatem/ quam bene administra-
to regno eterno beatitudinis glo-
ria donabit. Quo ii. etiam sit quod deus
remunerabit opera singulorum et
omnium in una ubi vel iusticia
plenior. quos lumine clariori re-
spiciet. quam illos qui omnes admi-
nistracionem exercent vel statu traxerunt
ad mortem. Sicut ergo potentes
potenter tormenta patientur sic et
in iusticie premiis fruentur ple-
nius. si recte exercuerint pote-
statem. Et tantam in futuro habebunt
gloriam pro subditis. quanta virtute e-
os in magna delinquendi licen-
tia preservavit. Potuit inquit
transgredi et non est transgressus
facere mala et non fecit. Ideo
stabilita sunt bona illius in
domino. Ad iusticiam namque principibus
reputatur etiam tu temperavit ab
iniuriis/ et facultas delinqu-
endi est eis materia meritorum
Declinare a malo in eis magnum
est etiam si magna bona non
faciunt. dummodo subditos indulge-
ntia malorum non puniant. Non e-
nim magnum est quod beatitudinis quam
habere videntur eis si recte egerint
promittitur continuato. Impossibile
dicunt quidam et hic florere tuo mundo
et in eternum gaudere tuo christo. Et sen-
tentia quidem vera est si inter mundi
flores reputes lenocinia variorum

Alitz et reges flores propter ut indica
Sed flores delicatissimos et utilis-
simos necnon tamen fructus
Secundo autem beatius est quod si de
divitiis ad divitias. de deliciis
ad delicias. de gloria ad gloriam prin-
cipes transierint. de temporalibus ad
eterna. Attamen quod hic pa-
facies promittit excelsiorem. que
et longi temporis regnum promittit
precibus/ et eiusdem successionem
promittit ad filios. Sed hic
temporalis regni ita erunt et eter-
ne beatitudinis successores. Secun-
do ii. quia lex carnali populo lo-
quebatur. qui cor adhuc habens
lapideum intumescens mente
non carnem vitam ex magna parte
vestiebat etiam/ magnis facies
si eis bona tie darent ut pro-
mitterentur in tempore. Carnalita-
tasque sapuit. facta est promissio
carnis/ et ei promissa est diutur-
nitas temporis. qui non dum
eternam contempnat eterne beatitudinis
et temporale in successorum filiorum pro-
tenditur regnum illis qui non du-
querebant eterna. Patri ergo tem-
porale succedit filius. si patris
iusticiam imitatur. Aufer impie-
tatem impietatem de vultu regis
et firmabitur iusticia thronus eius
Si ii. a vultu id est a voluntate rece-
dit impietas. totumque regnum operam
virga equitatis et custodia iusticie
dirigitur. Unde illud Rex qui se-
det in solio iudicii. dissipat omne
malum intuitu suo. Certe quanto
privilegio gaudeant principes qui-
bus per etiam bonitatem tantam perpe-
tuatur regnum gloria etiam inter-
ne et satisfactione suo beatitu-
dinis si virum impendisse studu-
erit sum et tu eius in regno aperte

postquam eum sublimasset successo-
rum sibi filiorum titulo regun-
ci precium pollicetur. De fructu
inquit ventris tui ponam super
sedem tuam, et ponam in seculum secu-
li semen eius et thronum eius sic-
ut dies celi. Si autem dereliquerint
filii eius legem meam et in iu-
diciis meis non ambulaverint
si iusticias meas prophanave-
rint et mandata mea non cu-
stodierint, visitabo iniquitates
eorum et translato regno de gente
in gentem, et deletis his here-
dibus qui studiosi carnis esse
videntur in semine transfertur
successio ad illos qui fidei et
iusticie inveniuntur heredes. Adeo
quod promissio subsistit veritas
et rata permanet que ex ore
altissimi processerit. quod in-
stis regibus successione fideli-
um semen permanet in eternum.
Hoc autem ad presens de Christo qui filius
est ex semine David secundum carnem
rex regum est et dominus domin-
antium nulla fit mencio, etiam
secundum literam preterea arbitror
optime ut succedant parenti-
bus filii si eos in mandatis
domini fuerint imitati. Adeo
quidem ut si ambobus recte dispo-
sitis et in ea manentibus nul-
la videtur esse sollicitudo vel offensio
presidentis. Constat his qui se-
mel principatum tenuerunt de se-
mine illius successore non
destituendum, et si non ob aliud vel
ad conservandam sanguinis clari-
tatem. Quod et historiarum liquet
exemplis. Refertur enim quod cum ma-
gnus Allexander ultimum litus occe-
ani pervenisset, bragmanorum
insulam debellare parabat,

Atque illi his verbis epistolam mise-
runt. Audivimus invictissime rex
prelia tua et felicitatem victorie
ubique subsecutam. Sed quid erit
homini satis, cui totus non sufficit
orbis. Divitias non habemus qua-
rum cupiditate nos debeas expugnare
Omnia bona omnibus omnia sunt
Esca est nobis pro divitiis, pro
cultibus et auro vilis et rara
vestis. Femine autem nostre non or-
nantur ut placeant. Quare quod
ornamentorum cultum potius oneri
deputent quam decori. Etiam ne-
sciunt in agenda pulchritudine plus
affectare quam quod nate sunt.
Antra nobis duplicem usum pre-
stant, tegimentum in vita, in
morte sepulturam. Regem habe-
mus non pro iusticia sed pro nobi-
litate conservanda. Que enim lo-
cum habet vindicta ubi nulla
fit iniusticia. His verbis mo-
tus Allexander nullam ratus
victoriam si eorum pacem perpetu-
am turbaret, inquiete sua
dimisit. Et forte si eos bello
fuisset aggressus minime pre-
valuisset adversus innocentes, eo
quod innocencia non facile superatur
et virtus suis viribus constans
de malicia quantumvis armata
triumphat. Sed quia nil est
quod magis desiderent homines
quam quod in bonis suis habeant
filios successores. Ut qui pro-
pria condicione perpendunt
mortem, in propagine carnis sue
protendunt vitam. Hoc principibus
promissum est. Unde maxime
sunt ad cultum iusticie invitandi
Contigit enim eos qui de se
ipsis securi sunt de statu fili-
orum negligentes esse sollicitos.
Adeo quod innumerum crevit ordo

servatur, quam amore qui patrie
parentibus propinque debebatur. Ut
tussimdi in filios, dum filias af-
fectus patrii pectoris cella solus
exhaurit. Calidigna quam vite
videnit parentibus filii eum de-
sinis imperfectes affectum. quo
a parentibus accepti sunt. Licet
alium ordinem exigat caritas or-
dinata, que poetarum doctissimus
prudens expressit genez nacis
Anchisen capta Troia in humeris
pii filii ~~sui~~ collocat. parentis
Enee dextram dedit Ascanio et ma-
rito Creusa per Creusa cohesit an-
tecedentis post in halebri infirmitate
legens vestigia comparator dux
dedit omnibus. virum armis et
pietate conspicue. Alias non dux
esset in preliis. tamen sine urbibus
regna adquiri non valeant. et
sine iusticia retineri. Nullum vero
bium vincla solliciaodo est. liberos
qualescumque sint divitiis et ho-
noribus potius quam virtutibus insti-
tuire. Negligentes etiam pro omni
reipublice. imperatur expulso
superbo Tarquinio qui regnavit
in urbe novissimus. Cum Bru-
tus primus consul liberos suos
de revocandis in urbe regibus
agere cognovisset. eos pertraxit
in forum. et in media contione
cum virgis cesos tandem securi
percuti iussit. ut plane publicus
parens in locum liberorum videtur
populum adoptasse. Ergo quamvis et si
parricidium per horrendam consiliis
non possum non approbare fidem. qui
malunt salutem liberorum suorum
perpetuitati quam ipsi rei. Certe cum
tamen istum oratoribus late patet
agmen. et in eo declinantes in
antiqui materia sepius dum in ab-
solvere parricidii fides laborat
et parricidialis impietas multi-
fidei conatum extinguere. Quod
si me ad summam urges video
quam in causa Smirnensi Ariopa-
gites Gneo Dolobelle proconsulis
viro credisse adque providentia
Asiam pro consilari imperio ob-
tinebat. mulier Smirnensis addu-
cta est confitens se maritum et filium
datis clam venenis occidisse,
eo quod illi filium eius ex altero
matrimonio optimum et innocentis-
simum iuvenem exceptum insidiis
nequiter occidissent. sibi licitum
esse asserens, ex indulgencia legum
et ius ignorare. et suam et suorum
et totius reipublice tam atro-
cem iniuriam vindicare. Huius
extra causam erat cum de facto
constaret et de iure quereretur.
Cum ergo Dolobella rem in consilium
dedixisset non fuit qui in causa
ut putabatur ancipiti manifestum
veneficium et parricidium auderet ab-
solvere, vel vindictam que in impios
et parricidas processerat condem-
nare. Rem itaque ad Ariopagi-
tes Athenienses tanquam ad iu-
dices graviores et exercitatiores quam re-
iecit. At illi causa cognita a-
ccusatores et ream mulierem centesimo
anno adesse iusserunt. Sic autem
neque veneficium quod de lege non
licuit absolutum est. neque nocens
mulier punita cui ex humana mi-
sericordia venia poterat indulgere.
Hoc itaque fuisse nonus liber me-
morabilium dictorum vel factorum Va-
lerii maximi docet. Ceterum et
sevicia et mulierem deliquisse co-
gnitu facile. eo quod excesserit mo-
deramina morum. nimium quam scrip-
ta est quia morbi durior illa
et lis magis fuerint. eximia pre-
stantius fulgerat. eidem sine pu-
niendis eiusmodi vindicta

Unde et infelicitatis testimonium
bruto prebet etiam poeta virgilius
laudator. Ait enim in sexto Ene-
idos quod pater noua bella mouen-
tes ad penam pulcra pro libertate
vocabit. Et infortunium sit patri-
cidii usu sensiti exceperit. ut s-
anis ille arguat vanitatem
dicens Vincet amor patrie
laudumque immensa cupido. Sed
ne quis omnino Brutum imitetur
patrem liberis preferens. frustra
sollicitaberis tu vel vitia libe-
rorum silenti reipublice preferens.
Licet certum sit quod salutem rei publice libe-
ris omnibus oporteat ante-
ferri. In libro Regum arguitur
Saul quod cum voto facto de diui-
no ieiunio sub districtione illos
qui ante noctem comederent votis
stringeret cum Ionatas filius
eius mel quod sceptro id est
hasta tetigerat gustasset par-
no motus affectu cum religiosum
votum preferret filio, tamen prevari-
catione populus Nisi ea die visus
est cernisse. Heli quoque licet
sanctus in se fuisse legatur,
quia filiorum vitiis pepercit,
auersa sella fractis ceruicibus
corruens expirauit. ut de cete-
ris taceam christum quem publica
hominum dilexit et quesiuit salutem
Deus in proprio filio non pepercit. sed
pro nobis tradidit illum, ut que
merueramus vincula flagel-
la crucem sustineret immunitatis
et innocens morte turpissima
condemnatus. Legitur scrutare
historia aliquid petitum rege ad-
eo invenies. ut precederet faciem
populi et prelearetur bella eorum
et ad similitudinem gentium totius
populi onera sustineret. Cum tamen
non fuerat necessarius nisi et
ipse prelatus esset in similitudinem
gentium, ut deo rege sibi non viderentur
esse contenti, si enim ipse iusticiam
coluissent sicut mandat dominus
fideliter ambulassent, pro israe-
le deus hostes eorum et super tribu-
lantes eos mitteret malum suum
ut solo dei auxilio vnus per-
sequeretur mille et duo fugarent
decem millia. Hostiensem legi pla-
centinum dixisse recolo. vnum vi-
rum sapientem gratiosum, vtentem pruden-
tia mundi, ... in timore domini
hoc in ciuitatibus Italie visu fre-
quenti celeberrimum esse, quod cum pa-
trem diligunt et iusticiam colunt
et periuriis abstinent. tante
libertatis et pacis gaudio fruuntur
quod nihil omnino est. quod vel in
minimo quietem eorum concutiat.
Cum vero prolabuntur ad fraudes et
prauas iniustitie semitas student
in semetipsis, statim vel fastum
tyrannum vel furorem tyrannicum
aliud ve flagellum indicat deus
super eos, et permanet manus eius
extenta donec ipsi ab iniquitate
perpetua recedant. Quo solo
remedio apud illos omnis ces-
sat tempestas. Addiciebat
etiam quod multa populi omnes eva-
cuant principatum, aut eum fa-
ciunt esse mitissimum, tamen econtra-
rio dicitur sit propter peccata populi per-
mittit deus regnare ypocritam
et impium esse, ut dum regno
gaudeat qui in populi tribula-
tione et proprio suspirio superbie
nimis exaltant, sed illius per di-
cebat protrudi principatum. Hinc
apud se de conscientia ciuilis semper
ipse angitur. quasi regnet in-
uitus. Hec in Placentinos hos-
pes et ut credo fixi consenta-
neum. Tale aliquid inuenitur
in scriptis maiorum. Cum enim

Elisius Kyrne prefectura splendidius ageret et senatore imperator creatus esset. Cui cum obsecraret senatus ut filium Cesarem quem habebat augustum appellaret, sufficere inquit debet quod ego ipse invitus regnaverim, cum non meruerim. Principatus nec non sanguini debetur sed meritis, et inutiliter regnat qui rex nascitur, non meretur. Et procul dubio parentis affectum exuit qui parvulos suos importabili mole sub subiecta extinguit. Hoc autem est sufficere liberos non promovere. Alienum pondus sit et in virtutibus extendi et cum meo proficiant, ut probentur illos virtutibus antecedere quos debent honoribus anteire, invitati ascendant. Et sic animum suorum nequaquam subtrahant votis. Qui enim illos ambigit aliis preferendos, et quasi natali probitatis privilegio ampliati maiorum titulis invitantur ad virtutes eorum exercitio, fiunt boni et aliis faciant fidem. Hec ille. Et quid est quod legitur privilegium expressit principatum tam eximio munere dei succedunt filii indubitanter, nisi iniquitas subvertat principatum.

Que est alia merces principum et ex quibus causis transferunt principatum et regna c. xi

Celebre est illud Sapientie: regnum a gente in gentem transfertur propter iniusticias et iniurias et contumelias et diversos dolos. Unde videt quam brevi sub tempore sit solium primi regis in populo dei Saul et Jonathas cum ceteris filiis exigentibus culpis in montibus corruerunt. Et regnum illud qui de post fetantes electus est sublimatur. Omnium historiarum perlege seriem et regum successiones in brevi videbis. Et cum in exordio tale duos prudentes successores. Et quo reges fuerunt clariores, eo citius si adversus deum intumuerint. Constat firmius eorum: non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra dominum. Et ut fortitudo si ille insurgit, si persequitur ad emendatam satisfactionem sufficientiam ad presidia inimicorum fiduciam declinavit, quia non est qui de manu illius possit eruere. Res demum alternando ulterior in Grecia, cui succedente non filius legitime successit sed filius saltatricis. Domus Cesaris domum secum vestiet. Carus eorum aut nullum filium reliquit heredem, et omnes in brevi per varia pericula et cedes sui et suorum plurimas diversis mortibus et ferro igne innominabilibus in momento deleti sunt. Et descendentes ad inferos successores habuerunt aut hostes aut ignotos. Unde obstructo tam potentia regna tam cito subvertit et transtulit. Certe indignatio dei quam iniustitia multiplex in iusticia provocabat. Est autem ut Stoicis placet iustitia mentis habitus que a regione morum extimat equitatem. Amat namque parere iusta ut expurgata nec sauciata declaratur. In eo autem maxime constat iustitia si non noceas et ex officio linguam prohibeas nocentes. Cum vero nocens accedis ad iniuriam, cum nocentes non impedis, iniustitie famularis. Est autem contumelia quam timore vocatis in lesione alterius manifesta operis sequela committatur, eo quod magnanimi sunt quam in eis cum reverentia pro conditione officii vel nature conservando debet impleatur

insurgit. Dolus autem est ut
diffinit Aquilius, cum aliud
agitur et aliud simulatur. Ma-
lis utique quevis sit intentio
nocendi. Differt autem plurimum
dolus a contumacia, quia hec
etiam in manifesto alteri frau-
dulenter et quasi ab insidiis no-
cet. Hec sunt que tamen in mente
theatra cathedras subvertunt omnium po-
testatum, quia a contrariis per-
petuatur principium glorie. Dolus
namque ex timiditate imagine
infirmitatis notam habet et fer-
titum pellem ad operiendum. Con-
tumelia vero viduata repperit. con-
genitiva nascitur quod in terram
et cinerem supplebit terra et ci-
nis. Contumeliam temperantia
non admittit, nolens inferre
alii quod sibi nollet ab alio
irrogare. Et iniusticiam iusticia
excludit, nisi namque faciens alii
quod faciendum vellet ab alio
sibi ipsi fieri. He sunt virtutes
quas philosophi cardinales appel-
lant, eo quod in primo fonte ho-
nestatis quasi primum vim ha-
narrare credantur. et de se bo-
norum omnium fluenta propagent.
Hec forte sunt quatuor flu-
mina que de paradiso deliciarum
dei egrediuntur, ut irrigent
omnem terram quo fructum de-
siderabilem afferat in tempore
suo. Continua et adhuc de fon-
te vite divinam gratie liquoris
plenitudinem perfusam rivuli
aviditatis mee inebriantes ter-
ut succrescente fructu bono-
rum operum silvam dilatare velle
imminentis securis ictum, que
exigentibus culpis meis ad
radicem mea que ad radicem in-

fructuose arboris posita est. Ce-
ciderunt secundum decursus aquas istas
posita est non crescit. Quod vero
nec radicitus non humectant dis-
pluit et aridum perit tanquam
pulvis que proicit ventus a fa-
cie terre. Hec quidem non divites ex-
ceptos arbitror non potentes.
quia regnum gentis transferetur si in-
iusti iniuriosi contumeliosi
inventi fuerint aut dolosi. Os
siquidem domini locutum est. David
plenus instinctu sapiencie, non
absurde est ut opinor, quod nomina
vitiorum loquendo pluraliter exposuit
et in ipsa pluralitate diversitatem
quandam prudenter inseruit. At-
tamen ut predictum est regnum
de gente in gentem transfertur
propter iniusticias et iniurias et
contumelias et diversos dolos.
Hec autem diversos in fine subiect
puto continuit ad omnia refe-
rendum, et tam pleno concipi-
endum intellectu, ut nomine refer-
vatur ad diversas species vitio-
rum et varias figuras personarum
complectatur et modos omnes
quibus cotidie hec vitia co-
mittuntur. Princeps enim tenetur
de omnibus et omnium auctor esse
videtur, cum omnia possit corri-
gere. contra iure particeps
est qui noluit emendare.
Cum enim potestas prebita sit ut
proximorum omnium vices exhauriat
et nec in se deficiat in columni-
tatem omnium debet procurare
membrorum. Et autem in administra-
tione principatus exstant officia
tot sunt principales corporis
membra. Cum autem singulorum
officia integre prestitit, et sua inte-

opime cosignat quanda q̄ in me-
bris sanitatem procurat et de-
corem. Cum vero ex negligencia aut
dissimulacione potestatum ita officia
sit virtutis aut famie dispendium
quasi membra eius morbi et
maculae irretiant. Nec enim sub-
sistit incolumitas capitis, ubi
languor membrorum valescit.
Explicit liber quintus Johannis Policratici
Incipiunt capitula sexti libri. c. i.
De epistola plutarchi instruens tra-
yanum c. ii
Quid sit respublica secundum plutarchum
et quid vicem anime in ipsa opti-
neat aut membrorum c. iii
Que precipue observent ministeria
plutarchi et de reverentia exhibenda
deo et rebus sacris c. iiii
De reverentia personarum et rerum et
quot modis persona sit venerabilis
Que pena immineat his qui iniu-
riis celestis locorum que venerabilium i-
niurias inferunt et de privilegiis
locorum venerabilium et quod absolute
nec per vim extorqueri nec surripi
vel per fraudem c. v
De principe qui caput est reipublice
et de electione eius et privilegiis
et premio virtutis eius et culpe et
quod beatum Job debeant imitari
et de virtutibus beati Job c. vi
Que bona vel mala proveniunt
aut subiectis de moribus principum et
aliorum stratagematicis probantur
exemplis c. vii
Quare tirrannus omnibus videatur
preferendus c. viii
De his qui in republica optinent
locum cordis et quod iniqui arcendi
sunt a consiliis potestatum et de timo-
re dei et sapientia et pietate c. ix
De lateribus potestatum quorum ne-
cessitas explenda est et malicia
reprimenda c. xi
De oculis auribus et lingua potestati
presidis et quod iudicem
et de officio habere iuris et equitatis
oportet noticiam, voluntatem boni et potestatem
exequendi et quod iuramento debet
legibus esse alligatus et a sordibus mu-
nerum alienus c. xii
De sacramento iudicii et de collatione
pitagore et alexandri et in quin-
bus rebus quibus partibus possit face-
re iudex et de questionibus captiosis
Quid iudicium debeat ordi xiii
nari et de conceptione sacramenti
calumpnie quod ex tulerit prestat
actor et reus et quid immineat
illi qui iuramentum subire detractat
et de sacramento advocatorum et pe-
na calumpniatorum sive prevaricatorum
aut tergiversantium c. xiiii
De ratione instrumentorum c. xv
Quis pertineat ad religionem presi-
dum et presidum et ordinariorum iu-
dicum et quatinus exenia prote-
ri liceat et de exenia Berr-
hardo Martis Samsfrido Car-
notensi c. xvi
De criminis repetundarum que
teneant et presides et iudices qui
aliquid omnibus accipiunt preter eas
res que sunt sibi ex officio faciende
et de Zanmele qui docet iuge
sacrificium esse debere in domo iudi-
cis que se ipsum obligacione iusti-
cie et honorem operum exhibet tem-
plum dei c. xvii
Pecuniam contemnendam esse presipua
et etiam veterum philosophorum probatur
exemplis
Incipit prohemium sexti
libri Johannis Policratici
Non solent ad unguem
grandia sine iniuria lu-
strari nec facile est per-
venire ad longitudinem
et latitudinem in momen-
to transcurrere. Est res magna
sufficienter quidem a sapiente dictum
exponitur, sed ingenii parte sub-
angustia sermonis nimia explanatur.
Illud autem in rebus
rebus magnis est principatum cui
officium quodammodo omnia circuit
implet et penetrat et quasi robore
virtutis sue totius reipublice molem
portat. Cuius contemplacio
tractatio habet et moram exigit
tunc magnitudine tunc premissa tute-
lam in capite reipublice iocandam
est omnibus contemplari. Modesta ergo

severitate vel inspiciendo corpore
eius in morem ut et quid super
hec Plutarchus senciat audiatur.
Ita deducta superstitione gentilium
fidelis est in sentenciis, in verbis
luculentus et in spatio morum
tantus arbiter ut facile perpetuorem
tirrani posses agnoscere.
Si quid enim apud eum a fide dis-
sentit aut moribus, temporum
vocans qui vero ascribatur.
Si enim Virgilio licuit aurum sa-
piencie in luto Ennii querere ab-
sque invidia est ea que ad erudicionem
iuvant a gentilibus scripta sunt
in usus convertere. His ergo premis-
sis ad reliqua procedamus.

Epistola Plutarchi instruens tirrannum c. i.

Extat epistola Plutarchi tir-
rannum instruentis, que
quandam politice consti-
tucionis exprimit senten-
ciam. Ea dicitur esse huiusmodi: Plutarchus
~~dux tirrannus~~ [Traiano] salutem dicit.
Modestiam tuam noveram non appe-
tere principatum, quem tamen sem-
per morum elegantia mereri stu-
duisti. Quo quidem tanto dignior
iudicaris, quanto a crimine ambicionis
videris esse remocior. Tue i-
taque virtuti congratulor et for-
tune mee, si tamen recte gesse-
ris honorem quem probe meru-
isti. Alioquin te periculis et me
detrahencium linguis subiectum
iri non dubito, cum et ignaviam
imperatorum Roma non ferat et
sermo publicus delicta disci-
pulorum refundere soleat in pre-
ceptores. Sic Seneca Neronis
sui merito detrahencium carpitur
linguis, adolescencium suorum
temeritas in Quintilianum
refunditur, et Socrates in pu-
pillum suum fuisse clemencior
criminatur. Tu vero quod vis
rectissime geres, si non recesse-
ris a te ipso, si primum te compo-
sueris, si cuncta tua disposueris

ad virtutem, recte tibi procedent uni-
versa. Politice constitucionis
maiorum vires tibi exscripsi,
cui si non obtemperas, Plutarchum
ducem vivendi habebis. Alioquin
aliorum presentem epistolam testem moveo
quia in perniciem imperii non
pergis auctore Plutarcho.

Quid sit respublica secundum Plutar-
chum et quid vicem anime in ea opti-
neat aut membrorum. c. ii.

Sequuntur eiusdem politice
constitucionis capitula
in libello qui inscribitur
Institucio tirrani, que
pro parte presenti opusculo curavi
inserere, ita tamen ut vestigia sen-
tenciarum pocius imitarer quam
passus verborum. Est ergo primum
ut princeps se totum permeciatur
et quid in toto corpore
reipublice cuius vice fungatur
diligenter attendat. Est autem respu-
blica sicut Plutarcho placet corpus
quoddam quod divini muneris
beneficio animatur et summe equi-
tatis agitur nutu et regitur
quadam moderamine racionis. Ea
vero que cultum religionis in nobis
instituunt et informant et dei ut
secundum Plutarchum deorum dicam
cerimonias tradunt vicem anime
in corpore reipublice optinent. Il-
los vero qui religionis cultui pre-
sunt, quasi animam corporis suspicere
et venerari oportet. Quis enim
sanctitatis ministros dei ipsius vi-
carios esse ambigit? Porro
sicut anima totius corporis habet princi-
patum, ita et hi quos ille religi-
onis prefectos vocat toti corpori
presunt. Augustus Cesar eo usque
subiectus sacrorum pontificibus fuit
donec et ipse ne cui omnino subiceret
vestalis creatus est pontifex et
paulo post ad deos relatus est vi-
vus. Princeps vero capitis in re-
publica optinet locum uni subiectus

deo et his qui vices illius gerunt
in terris, quoniam et in humano corpore
ab anima vegetatur caput et re-
gitur. Cordis locum senatus obtinet
a quo bonorum operum et malo-
rum procedunt initia. Oculorum
aurium et lingue officia sibi
vendicant iudices et presides pro-
vinciarum. Officiales et mili-
tes manibus coaptantur. Qui
semper assistunt principi lateri-
bus assimilantur. Questores
et commentarienses, non illos
dico qui carceribus presunt, sed co-
mites rerum privatarum, ad ventris
et intestinorum refert imaginem.
Que si immensa aviditate
congesserint et congesta tena-
cius reservaverint, innumera-
biles et incurabiles generant mor-
bos, ut vitio eorum totius corporis
ruina immineat. Pedibus vero
solo iugiter inherentibus agrico-
le coaptantur. Quibus capitis
providentia tanto magis necessaria
est quo plura inveniunt offen-
dicula dum in obsequio corporis
in terra gradiuntur. Eisque iustius
tegumentorum debetur suffragium
qui totius corporis erigunt sustinent
promovent molem. Pedum ad-
minicula robustissimo corpori tol-
le, suis viribus non procedat,
sed aut turpiter inutiliter et mole-
ste manibus repetit aut bru-
torum animalium ope movebitur.
Ponit et alia in eum modum in ore
suo quam plurima que diligentius
diffusiore tractatu prosequitur ad
informationem reipublice et ma-
gistratuum eruditionem, que omnia
sillabatim exequi scrupulosum in-
terpretatio est, que potius afferat
tedium quam vires doctrine exprimet.
Et quia apud ipsum de cere-
moniis et cultura deorum pla-
que religioso principi putabat
ingerenda superstitiose dispu-

tata sunt, his omissis que ad
idolatrie cultum pertinent perstrin-
gam breviter sensum hoc quo
principem et officia reipublice ad
cultum iustitie informabat. Que

precipue debent in intentione
principis et clementia exhibenda
et rebus sacris. c. iij.

In summa igitur quatuor sunt
que innititur reipublice prin-
cipibus inculcare. Reveren-
tiam dei, cultum sui, disciplinam
officialium et potestatum, af-
fectum et protectionem subditorum.
Deum ergo in primis asserit hono-
randum, deinde seipsum colen-
dum unicuique, ut secundum quod
apostolus sentit, licet ille apostolum
ignoraverit, unusquisque vas
suum possideat in sanctificatione
et honore. Post haec doctrina pro-
positi totius disciplina domus redo-
let, et tandem universitas sub-
iectorum de capitis propositorum sibi
incolumitate letetur. Maiorum
quoque virorum strategematibus
et strategematicis utitur, que
si per singula inserantur tedio-
sa erunt lectori, et pro parte a
fidei nostre sinceritate recedunt.
Certum quia sancti patres et prin-
cipes apud leges illius dedicata per-
fidia videntur imbuere, ...
... doctrina eius si in eo ca-
tholico et sufficiente ex parte
strategematicis eius attingere.
Porro si unicum a reverentia
... nobis a deo qui ab
omnibus ... amandus est et co-
lendus ex toto corde ex tota anima
ex omnibus viribus suis. Proba-
tio vero dilectionis exhibitio est operis.
Et licet per seipsum possit amari,
tamen qui citra opem medi-
atoris insinuat amanti, tum ad
cultum exteriorem aliquo mediatore
interveniente necessarius est.

eo quod deum nemo vidit umquam
Videndi vero nomine ad appella-
tionem omnium sensuum usi sumus nature
dignitatibus Quia pertransiet prae-
sens sentit eum hoc et vincet nisi
forte ea sensuum parte que cor-
poris nescit angustias. nec
defectum temporis sentit. sed vi-
vacitatem sui et gratia permanet
integrum Caritate loquor que
non evacuatur sed proficit quando
ad eum quem desiderat familiarius
accedit Nam fides veritatis est. et
spes de gratia. initii quam fomento
constantiam demittente voti sui le-
titiam in futura protendit Fides
itaque et spes inmitantis quandam
sensum subsistunt tamen citra
agentes in rectum quasi per specu-
lum et in enigmate Donec
caritas spem immutata veritatis
subita plenarie illucescit Deus
vero intellectu per sensum perspicue
videri facile nequit agnosci quod
autem non agnoscit diligenter coli
non potest nisi per medium Unde et
Numā ~~et numma~~ Pompilium cerimonias
quasdam legitur induxisse Romanis
et sacrificia ut sub immortalium
deorum pretextu ad colendam pie-
tatem religionem et fidem et cetera
que eis intimare volebat ipsos
facilius invitaret Testantur
hec ancilia atque palladium sacra
quedam imperii pignora Janus
bifrons belli et pacis arbiter
focus veste virginibus consecratus
quo in honore celestium siderum
flamma custos imperii iugiter
vigilaret Sed et annum in men-
ses duodecim dilatatum fastorum
et nefastorum dierum varietate
depictum Pontifices augures
et sacerdotum varii ritus quibus
ita barbariem occupavit ut
ab iniuriis temperaverit feritatem
tum ab armis iustitia colerent

et simplex sibi nunquam impartiret
affectum Eoque scriptore redegit per hoc
ut imperium quod vi ut dicitur
et iniuria occupaverat iustitie
et pietatis legibus feliciter gubernaret
Sed quid prosequor nimia. cum
et patres fidei nostre veteris legis
sacrificia asserant instituta ne
in demoniorum cultum populus occu-
patus vero religionis dedisset cultum
Vitam gentium sacrificia sua demo-
nibus immolans et non deo Colitur
ergo deus aut affectu mentis
bit iustitia aliena, bene a-
getur cum successore tuo si se
liberabit ipsum. Hiis verbis
motus imperator descendit de
equo et causam presentem exami-
navit et condigna satisfac-
tione viduam consolatus est. Refer-
tur autem beatissimum papam Gre-
gorium pro eo fudisse lacrimas
donec ei in revelatione indica-
tum sit Traianum a penis infer-
ni liberatum, sub ea tamen condi-
cione ne ulterius pro aliquo infi-
deli deum supplicare presumeret.
Unde merito prefertur aliis tunc vi-
tus precibus ita sancti placuit
ut eorum meritis solus sit
liberatus. Et hec quid de capite
rei publice dicta sint. De hiis qui
in re publica optinent locum cordis
et quod iniqui arcendi sint a con-
siliis prestandis et de timore dei et sa-
pientia et prudentia capitulum ix
Cordis locum auctoritate Plu-
tarchi senatus optinet.
Senatus vero sicut maio-
ribus placuit officii
nomen est et etatis no-
tam habet. Sed quid sit dictum
a senectute. Cum vero athenienses
ariopagum dicebant eo quod in illo
totius urbis utilitas consisteret, et
cum de eis preclara plurima inventa
sint, nichil salubrius, nichil
gloriosius institutum est quam Sena-
tus. Quid nobilius est retu-
senium qui emerito a vulgari-
bus officiis ad consilia et re-
gimina officium transeunt et in
marcido corpore exercuerunt men-
tis vires eo sapientia magis apti
negociis quam in exerciciis corpo-
ris minus fuit. Eorum itaque tan-
tus extitit honor apud grecos
ut duces rei publice nisi semper pro-
cederent nichil egregium agerent quod
senes instituti non induxerint
aut approbaverint, et quod magis est
ab initio urbis condite nomina
eorum aureis litteris scripta sint. Apud
Romanos patres conscripti ab omnibus appel-
lati qui alios sapientia etate et
affectu patrio precedebant, penes
istos consiliorum erat auctoritas
et omnium publice gerendorum. Cetera
datur ab etate nominis videatur esse
origo. Hanc ergo arbitror tam-
quam esse quam mentis sapientiam
in qua omnium officiorum consistit
distribucio et artificium totius
vite. Ait namque recte vivendi
ut Stoicis placet ars artium est
nullam vero esse artem maximarum
rerum cum minimarum quoque ar-
tem esse nullus ignorat. Opi-
nio est hominum has considerare

loquendum et a maximis rebus
exordium. omnia magis proli
bito statuendum quam pro veritate
Est autem ut antiquis philosophis pla
cet Sapientia rerum divinarum
et humanarum. et generandarum
ob mittendarum quam scientia / habuit
vero in se ipse. philosophari est / co
pro philosophia sit studium sapientie
ergo antiquus placuit adho-
stium sapientie philosophiam pulsat / ut
tum ei apertum fuit aurea rerum
dulce dulcitudine illustrata non
philosophie evanescit / aut sit perspi
catoribus visum est / volunta
tis appetitus impletur / tum
flos studii vergit in fructum
vera philosophie finis sapientia est Et
questio quonam pacto iam
aperitur in fine illius cuius
initium non dum agnovit / cum
in rebus omnibus potissima
pars esse censetur Oculum th
qui fine novit initium igno
rare non potest / tum radix initii
multiplices virtutis termi
tes usque ad cumen. finis fru
ctus quam dulcedine vivacitas
sue soliditate prosecat Sic
inquit beatus Job Timor do
mini ipsa est sapientia et recedere
a malo intelligentia alia vero
radicem sapientie usque inne
mo. tum in eo consentiant
omnes / quod initium sapientie timor
domini est Timor quo inicium
et in timore processum est / Omnium
virtutum culmine. sive id
ad caritatem sive sapientiam ci-
tas non usque quaque alienum
est a timore. a filiali servi
lem dividens. in hoc initium
illo sapientie consistit profectum.
et exinde perfectio / quotiens

modo se lixus robore extollat.
unde est quia sapientia initiatur
in timore / et quod sanctus timor
domini permanet in seculum secu-
li. Manet itaque radix et incre-
mentis gratie invalescens in ma
ximos virtutum perficit / et vis eius
ad fructum perfecte caritatis usque per
tingat que penam nescit
aculeos tum non sit metus in
caritate qui penam habet et
sit timoris indicium quod bona
opera ingens facit et iusticie
continuum clarius apprehendit in-
tus ergo videtur credere dum gra-
proficit ad virtutem / quia tam non
timet serviliter qui filiali af-
fectu ad reverentiam et bona o
pera invitatur Semper inquit beatus
Job quasi timentes fluctus
super me timui
deum et pondus eius ferre non potui
utique se non quandoque dicit ti
muisse sed semper et eum per-
fectum esse non dubitat cum
ipsius domini testimonio vir
similis non erat in terra Nec
eum metu penarum caritate
deducta credibile est a ma
lis temperasse que in per-
fectione iustitie fuisse non
ambigitur consumata Iam
in consideratione timoris supre-
mo processit et non dum
innotuit quid sit timor. Sed
virtutum consistat in corde timens
appellavit [illegible] constat in
ore Si enim illi inde ne-
gaverit. lingua efficacius
et sibi saluberrimus disputa
verit. Nam in ore frustra
volvunt verba si virtutis
desistunt opera Est autem ti
mor dei sicut beatus Gregorius
asserit [illegible] cum quod
agendum sit pretermittere

Hoc utique pervenitur quod nec
ope nec possidere impletur. Cum
quod enim vis et non potes fa-
cere deus compatitur. Ideo quod volun-
tas plena tamquam opus comparen-
dum consequitur. Tercium est quia
quia qui deum timet nihil ne-
gligit et bona facit. Quarum
vero diligenter omnia investigat
et cogitatis rebus que sunt agen-
da exercetur providentie
sapiens est. Et aptissimum id
sibi principium ubi tanta mo-
dicitas innotuerit etate
corporis frustra quesita transac-
ta. Hic est enim senex que pecu-
nia venditur consiliis sapiens mo-
nita docent. Ait enim Sene-
ctus venerabilis est longo continu-
ata nec annis annorum computa-
ta. Aliud senum canicies ta-
men sunt sensus hominis et etas
sene[c]tutis vita immaculata.
Senectus placet cum habet appe-
tit. Sed ita etate ut in iuventa vi-
dendum est sue testimonio gaude-
at. Sed dices forte quis est qui
et laudabilis est iam potius ei
non arbitror expectandum laudes
consiliis qui potius non frequen-
ter utilitate gaudeat sed cum
potior eo iuvat cui potius
non oderit et ea magno
desiderio concupiscat hominem
sit bone voluntatis. Sed nec
istud ad rigorem reservandum
est benignitatem potius ut or-
dinem nostra qui non semper sed
aliorum collacione innotescens
videatur quis enim intelligit
se nisi quamquam tamen habere
tot eo et aliqua invida non
sunt in contentu illum qui con-
tingere sibi repperit consultatum
Nunquam quod accepta sint suppli-
cata et amara et eis timor perfec-
tionem. Nihil enim perniciosius est
unquam domino consiliario
quam maxime custodia serva-
tor tum quod ex ipso vita procee-
dit. Est itaque providendum prin-
cipi ne gloria immoderatius co-
rumpatur et ne consiliarii eius
modo crescant quod est ad eos
usque protenditur qui in cor-
pore rei publice interiorem parti-
cipium regunt quos quidam et
et gubernatores et vero prin-
cipatum committes esse perduxit.
Hec enim omnia ad societatem rei publice
tuenda sunt et sicut ex merito
et vero habita racione pen-
sandum oportet ita in simplicitate
si enim confunditur animus et
nimis diceant morbos ac
incurabiles aut difficiles ~~cu-
rabiles quod [illegible]~~ Amplius
tertium quecumque iniustum et pecu-
niam sequitur aut cum unum istorum
quis adherebit et alterum contem-
net aut torquebit alterum
melioris expers. Avaro nequius
teste sapiente nihil scelestius est
et nihil iniquius quam amare
pecuniam. Hic enim animam suam ve-
nalem habet et in vita sua
proicit intima sua. Et forte
ideo Crates rector constituit
solicitudine et extreme vitis tan-
tum natura diligentissima pacis
tempus in omni nituntur quam adver-
sus omnes extiores violentias
erant tutiora et eis quod
necesse est instat ut rursus
sine salute sine dispendio ex-
terioribus exponitur. Oportet
autem in re publica hac ne cupidi-
tas servari mature et his
rectiorem copia de publico ministrare.

De lateribus principum quorum ne-
cessitas explenda est et ma-
licia reprimenda. c. x.

Sed et in lateribus his
sunt qui principibus debent
assistere et hec natura fir-
mitas servanda est. Ex-
stat enim quia a convictu mores
formantur qui tangit picem

inquinatur a bcca . unaque contra-
cta livore ducit ab una. Nec
domini illorum iusticiam esse credas
aut veritatem aut pietatem. apud
quos vides omnia esse vena-
lia / xpus ipse exclusus est. et si
pulsat ad hostium non aperitur ei
Effugiunt et fugat gratiam qui
omnia ad precium. et gratis fa-
ciunt nil Si partes porrigende sunt.
si causa examinanda. si execu-
tioni mandanda sententia. si ro-
boranda cautio. omnia nummus
agit / vitas certa est. pietas
maneat / dum quantum quisque sua
nummorum servat in archa tan-
tum habet et fidei Contemne fil-
ium pauperis credit atque deos. dijs
ignoscentibus ipsis Et in corru-
ptor moribus et corruptior
muneribus apud istos beatior est
Si per capud manum evaseris. qui
dem tibi restat via arta et ar-
dua. antequam tortores extremos
effugias. sudandum est tibi Certe
instrumenta tua consistat cuiusque
Si cum sollicitare licuerit pro ma-
gno reputa. si cedula non attu-
leris frustra accedes Si autem
attuleris inutilis est nec adqui-
escat ut manus nobilis vite
membrane degenerit Cernud
multa sed necesse est opari
tum nec opa ut calamus nec ce-
prole aut nigre coloris sus-
cius tibi constet incepti Sed
et ipsas sillabas et apices
nisi eis tibi apertum feceris sic
distorquebit. Sic tibi abbreviatum
ponet tenticulas. ut pro pace
bella pro quiete litigium. ami-
ci instrumento videatur inscribe-
re Si singulis forte tibi verum-

stius sunt. si inspicere aptius
si quid inmunita superlativis
detentius rebus eius communica
nisi tibi perire verbis operam
et impensam. aut eum rebus
extorquebit / aut eos liberalitate
premias Tandem filium qua-
lecumque sit asportabit amicus
in memoriam tui quam a cur-
so degrediens. Sed tibi ignis
purgatorius inminet Superest
de gente. quae multa peccata
bis instantia et magno arti-
ficis gestus precium et numerum
ut te clauso bello respiciat
Tunc de singulis verbis in con-
silium igitur deliberacionem prestu-
bitur tempus et apices singuli
ponuntur in statera Nisi cum
promulseris. occurret tibi non
fides rei geste concepta series
aut stilus incultus obicit. a
a prescripta forma notarij vel stu-
mam dulceris benignitas aut
negligencia iuris et aliquis
scilicet modus pena vindicte
indigebit Et vero minimum
ledat longa expectacio torque-
beris. dum differtur quod negari
non potest Expecto tandem in ma-
nus cortis milites medij et
ut aliquid de fabulis mutue-
mur Portitor inmitis Cha-
ron qui nemini pepercit unquam
istis longe clemencior est Sti-
pe siquidem vel tricente solet
esse contentus At isti asses
integros sibi multiplicari
iubent Sed quid est quod a-
pud curiales omnia queror
esse venalia. cum ea etiam que
non sunt venum sunt previatores
venerabiles constat esse obno-
xias Non opus non sermo

gratuitum est. non tacet nisi ad pre-
tium silentium namque res venalis
est. Hoc forte a demostene
acceperunt. qui cum aristodemum
actorem fabularum interrogasset
quantum mercedis uti ageret accepis-
set. et ille dixisset ei talentum. Et
ego inquit demostenes plus
accepi ut tacerem. Causidicorum
siquidem est lingua dampnifica
nisi eam ut dici solet funi-
bus argenteis vinxeris. Nec
verum nisi forte potentissimis est
profitetur illaqueare muneribus
lingua in quo vinctus tibi conci-
liatur gratia, odium invidia con-
citatur. Sibi namque preceptum
arbitrantur quod aliis erogatur.
Hoc autem a maximis transit
ad minimos, qui nisi mul-
ceantur obsequiis et reficiantur
muneribus sibi fieri iniuriam
suspicantur. Maxima queque
domus servis plena est, super-
bis et cuius cupidis plena est
et avaris. Illi tamen perniciosius
nocent, nam omnes tunc
imitatores. qui sub pretextu
honestatis et liberalitatis miseri-
cordie sue plerumque ineptias co-
lorare. qui nitidiores ince-
dunt. qui splendidius epulan-
tur. qui ipsa ad mensam suam
extraneos compellunt ac tandem
humaniores domi forisque
benigniores. affabiliores in
sermone. liberiores in senten-
tiis. in proximorum cultu mu-
nificentiores. et omnium virtutum imita-
tores prelati. Hoc enim aut
ethicus. Totius iniustitie nul-
la est capitalior quam eorum qui
cum maxime decipiunt id agunt
ut boni viri esse videantur. Cum
his utique et virtutis umbra la-

tentia facit. et unde vix opor-
tuerat separari veniam gloriam
assecuti sunt, per hoc impune
plurima extorquent qui parvo
non possunt. minimo non dedignantur
esse contenti. Notum quidem est
et generale proverbium, quia servi-
et servo qui parvo vestit vi-
nce tamen cum his bellum inex-
orabile me gerere putes
munera iudices licent acci-
piant. dum non extorqueant
impudenter, pudor aut ubi
ab iis simulatus ad actores
ventum est. Verbum inquit ve-
recundum sufficiat submissa
voce dicendum rogo nec gratis
tulit. qui cum rogaret accepit
Tis enim emit qui rogat et
rei namque vel sui pretium vere-
cundia vendidit. Quamquam vo-
luntate reprehensio non habet
notam quod devoto liberalitatis
optulit non improbitas depre-
hensa extorsit. Ista tamen et ini-
quorum munera non acceptat.
cum ingrati hominis sit votis
non forte beneficium et impi-
um pro muneribus iustitiam
dicunt. duo sunt inquinum veri
quam iustitiam accipere est vendere
libertatem. et decretum est servum
esse qui debent aliis impar.
Accipiendi est et tamen ratio ha-
benda est et persone ut nec
a turpi nec turpiter accipiat,
quod ex loco et tempore et modo la-
tius oportet inquiri. Nam
plerumque a manu. plerumque a cau-
sa. a tempore indecens a loco vel
modo splendet munera et
deprehendit. Ac improbitas ci-
vilium conspicitur ut
de testimonio iustitie. De remu-
neratione. De odore sponsi.
De sinceritate cause. De tolerantia
elemosinarum nisi parte inter-

niete quis frustra confidat. Scilicet veniat urbis comitatus omnes si vel citharis ibis gnere feras. Novo modo leones et tigrides eloquentie blandimento leniisse dictus est. Vox dulcior proralium tamen quam tricapitem exoravit, causa favorabilior ut admissam semel eurydicem contra morem inferorum liceret educere. Tu vero licet orpheus sis aut arion vel ille qui solo testitudinis sono saxa ut dicitur emollit, Nichil apud avaros efficies nisi plumbea eorum corda aureo vel argenteo malleo vanitatis vel cupiditatis incide cuneolas. Quilibet cerberi duriores apud inferos tamen cerberus unus est. Quot sunt domicilia avarorum tot cerberi sunt. At cunctis quoque cerberos scis sufficere licet. toto quam familiam que semper aut mordet aut latrat. Omnes vero quotquot sunt in vomedicos audierunt dicentes dum dolet accipe. Factori etiam si sibi expedire crediderunt ut doleat quod sanum est. Nam vero tamen pessimos esse [illegible] quam querelas libenter audierunt. fovent quilibet causas. et eo usque patrocinantur afflictis dum exhauriant loculos pleniorum. Nam quotidie novo musica precedat. Hoc semper agitur ut loculi impleantur. et si avaricia negat satiari quisquis in istorum manus si pervenerit invenit. opinor quod tormenta ei sufficere posse ad [illegible]. Nil adeo [illegible] est quod [illegible] expiari non possit. Quid enim miserius est quam superbis assidere liminibus. precari

gredientium tolerare fastidium et contemptibilium [illegible] perferre molestias et ipsos et ab indignis querere indigna perferre. Socrates cum eum Altipiades interrogaret quare Xantipen uxorem admodum litigiosam et que die noctuque mulieribus strepebat molestiis domo non abiret, inquit: Cum talem domi patior insuesco et exerceor ut ceterorum quoque foris petulantiam et iniurias facilius feram. Vetere celebratur proverbio: Una parva manus temeraria patiens est, et perfecto importunus precator est qui dandas res adversa confidit. Utrobique cum sit apud avaros et medicos optinet pro solis verbis innotamus optimum herbis. pro verbis rebus pigmentis et [illegible] inter alios tamen [illegible] sunt qui nimium putant, licet scelerati [illegible] promi sunt ad nocendum quod avaris longe facilius est quam prodesse. Exerceat ergo medicinas suas, loculos alienos exhauriant, fascinant suos possideat [illegible] indutibus [illegible] exegerint nec amant tres aque nec amantur. absoluto sunt amiratoni ignoti. Quid domesticis sunt odio vel contemptui. Tale aliquid in veterum historiarum scriptis invenies. Cum Publius [illegible] Barriam aut si [illegible] potius dicitur nomine arguerent quod uxorem formosam castam et nobilem repudiaret extendit et hic [illegible] que cernitis novus elegans et inspectoribus omnibus placens est

sed nemo stat rectus nec solidus
ubi me premat. Legitur in libro
Numerorum 25 cum Madianitis
fornicans Israel indignationem domini
provocavit, donec Phinees
Zambri filium Salu cum scorto
Madianitide educto eis confossos
baverit, et in occasu noxie
quievit ira dei. Factus est ser-
mo domini ad Moysen dicens: Tol-
le cunctos principes populi et sus-
pende eos contra solem in
patibulis. Peccaverat quidem
populus et fornicatio principi-
um exprimitur, rapi tamen pre-
cipiuntur principes ad patibulum
et in pena eorum quies deli-
quenti populo reparatur, eo quod de ex
negligentia presidentium excessisse pro-
venit excessus subditorum.
Refert itaque prelatorum cogi-
tare maliciam et eisdem de pu-
blice providere, ut eius gras-
sandi occasio subtrahatur. Ideo
et in iure nostro antiquitus in-
ventum est: Alioquin auctor
videbitur maleficii qui preter-
misso officio emendare con-
tempserit. His enim flagel-
lorum protectum quam tortoribus
quo prelatior et potentior eo
scelerior et perniciosior culpa est.
Effrenius etenim est ut culpa re-
cipiat vel faciat viciosos a-
pud quos invalescit audacia
delinquendi. Cum effeminatis te
potentia viris sit indulgentia. Et
et de anteacta vita cogitacionis
frustra presumitur, quod vix civiles
vix possit modestia retineri.
Tenuis est enim qui virtute non
crescit, civilium virgo est
est tantum quam tam solidus
ut corrumpi non possit. Optimus
est qui resistit constantius. qui
validius, qui corrumpi minus.

Magnum sit virtus mollitiis
a civilium viri continendum est.
Proinde quisquis ut dixerit
et prudentie eius naturam expressit
exeat aulam qui vult esse pius.
Unde elegant fons Salmacis
infamia mollitiei insignis
eidem comparatur. Ut enim in fabu-
lis est, unda illius aspectu de-
cora est, gustu dulcis, suavis
tactu, et omni sensui usui gratis-
sima. Sed tanta mollitie ingre-
dientes enervat ut viris effe-
minatis nobiliorem adimat per-
fectionem sexus, ut ante quisque ef-
ficitur obstupeat et doleat fe-
minatum esse in feminam, aut
cum celicus omnino sexu indecto-
rem degitat aut veteris digni-
tatis maneat vestigio. Herma-
phroditus inducit, qui quodam de-
lingendus nature ludibrio. Se-
cundum sexus ostentat imaginem
ut neutrum retineat veritatem. Hec
aut poetarum inube stringenti un-
garia civilium reputatur imago
que viros abiecta virtute emol-
liunt aut imagine retenta per-
vertunt. Cum civilium inertias
induunt et per se illi pro boni
viri officium polluitur. Herma-
phroditus est qui duro vultu
hispido imberbi detur per ve-
nustate et virium muliebrium
pollet et incestat. Ut si quid
monstruosa est plures civiles
et dici utrumque esse affectat
venturum est quod curia prelatum
excludit et inertias civiles
plures respicit quamque non recipit.
Non tamen ad omnem curiam quamquam pro-
cessit. Sed ad illam directat
qui insipienter distemperatum
arbitrio. Cum enim serpens
est nugas abigit componit dom-

et vim(?) ipsa illius subiciat racio-
ni. Et cum aut sapiencia se-
gnitas torpeant sancto hominum
ad carnem aut luci ad tenebris.
Omne animal diligit similem sibi
et omnis homo proximum sibi.
Omnis caro ad similem sibi con-
iungitur et omnis homo sociabitur
simili sibi. Si lupus agno
aliquando communicat, sic peccator
iusto. De oculis auribus et
lingua potestatum et de officio pre-
sidis et quod iudicem oportet habere iuris
et equitatis noticiam voluntatem
boni et potestatem exequendi et que
sequuntur. xx. li. ca. ii. Tri

Sequitur oculorum aurium
et lingue collatio, qua
in presidibus provinciarum
consistere superius diximus.
Preses igitur est qui iure red-
dendo provincialibus presidet.
Hic autem equum et iniquum
debet habere noticiam et facul-
tatem et animum omne quod
iustum est exequendi. Nam sic
medicus ex certis morbis im-
putari non debet, ita si quid
triste preter scientiam eius contigerit
ei in merito imputatur. Quod
si novit et non vult, non ex
ignorancia sed ex malicia con-
demnatur. Eius si quid rursus
quam damnatus est. Licet ignora-
ri vicius puniantur, nisi
forte ignorancia negligencia
procuraverit. Nam si ignorancia
invincibilis est non affert mor-
tem sed ab innatis tenebris
excusat. Si non scit et vult ca-
stitati servire nec potest, non tamen
presidis est culpa dum principis
sed ad religionem iudicis spectat cau-
tione strictissimum est, tum ipsum
iuris oportet habere noti-
ciam et voluntatem boni vires

exequendi et sacramento debeat et
legibus obligatus, ut sibi omne
illicitum noverit ab earum sancite
dictante. Nam de sapiencia eius
docet: Iudex inquit sapiens
iudicabit populum suum et principa-
tus stabilis sensati erit. Secun-
dum iudicem populi sic et ministri
eius. Et qualis rector civitatis
tales et inhabitantes in ea. Sed
et vires necessarias esse non
tacuit dominus. Noli querere
iudex fieri nisi valeas virtute
irrumpere iniquitates, ne forte
extimescas faciem potentis et
ponas scandalum in agilitate
tua. Non pecces in multitudine
civitatis nec te immittas in
populum neque alligens duplicia
peccata nec enim in uno eris
immunis. Noli esse pusil-
lanimis in anima tua exorare
et facere elemosinam ne despi-
cias. Ne dicas in multitudine
munerum meorum respiciet deus
et offerentem me deo altissi-
mo suscipiet munera in ea.
Non videas hominem laudare
ante, est enim qui humiliat et
exaltat circumspector deus. Ex
his diligenti lectori constat
quod voluntas boni hominis
iudicis necessaria est cum noticia
a vel potestas, tum non modo de su-
is sed ex alienis delictis tene-
atur et duplici suorum et
aliorum gravatur onere, ut
vel in institucione iuniorum
citra iudiciariam voluntatem
sit ei fiducia ante deum. Nam
et precelso episcopo quod et in-
tuleant si tamen audiantur eos
qui de re publica gerendo magi-

servatum contendit. Vita inter se
versari asserit ut si nautae sub
adversa tempestate deterreant
quia eorum debeat potissimum
gubernare. Cum quo fortunae cal-
culo aut nullus aut rarus
idem quod temerarius est qui
sine gratia et viribus venditat
ingratum/ et in eo quod tempore
nichil miserabilius vidi quam
iudices stylo legis ignaros
voluntate bone maxime/ quod
vincit amor munerum et re-
tributionum eorum quot ha-
bent in obsequio avaritiae
iactantiae aut carnis et san-
guinis extentes in auctoritate
sacramenti legittimi absolu-
tos. Ex quo planum est principes
qui eis ordinariam iurisdictionem
contulerunt iuris esse ignaros
vel contemptores. Sed quicquid
de peritia iuris dicamus aut
de viribus exequendi iudicem
esse oportet religiosum habet
qui omnem iniquitatem mortis instar
magis oderit. Prima ergo praesides
ordinariam habent iurisdicendi potestatem
ipsorum et iudicum aliorum una est
speculatio/ et quod de his dicitur facile
ad aliorum consequentiam trahitur. Est
itaque primum quod excusante officii
utrisque indicatur. ut iustitiae or-
dinis pareatur. et nil corrumpe-
faciendum sint flat ad precium. Ma
quod iniustum est usquequaque non
licet. ut nec pro temporali vita
fieri liceat. Quod non iusti
est mercedem intuentis non in-
diget. cum per se fieri deceat. et ini-
quum sit vendere quod debet in-
iustitiam iniqua consuma. Habet
siquidem ubique reprobatum est. Etenim si
quam esse debeat illa ubique de-
bita est. ut sine scelere vendi non
possit. Nec enim Balaam exeo-

crabatur quod populo dei causa dam-
naverat. Aliud vero dixerit quam
quod dominus inspirabat. Sed quia
avaritia excecatus infidelium cau-
sam instruens quo ad provo-
candam iram dei delinqueret consi-
liante malitia procuravit
Emerebat. ergo quod iuste iustifi-
caret causam impii et quasi
illuso deo gratiam eius subtra-
heret electis. Aut si adversa iusti-
ficari non posset causa. hic sal-
tem exigebat. Et et absque lucre-
det deus. Comparantibus nam-
inquis dominis ut quam consuevit
qui viribus superior est Balaami-
tas videas plurimos qui licet
iniqua noluerint ferre sine
corrupti tamen muneribus iustitiam
partis unius in alteram gravius
dare tristius mollitur. Non facile
dixerim utrum sit nequius licet
venditor equitatis malitiam fraude
fallaciori coloret. Potest tamen videri
nequior qui officium suum perfidiam
et reginam cui fides famulatur
quasi meretricem in foro distra-
hit. acsi fornicarius perfidie dominam ve-
ndat. Quis enim ingratus in-
iustitie famulus est. Constat autem
quia equitas alienatur a ve-
nditore licet ad emptorem non transeat
Et empta iniquitas sit ad em-
ptorem transit ut nequaquam a ven-
ditore recedat. Et quod in aliis
contractibus non reperit solus ille
iustitiam vendit qui non habet sicut
alteri commercium relinquit perdidit
venditore. Nunc sordidus est
qui ad acceptus vel oblatas sor-
des conscientiam polluit. et non
tam iustitiam venalem habet quam
animam suam. Doctor gentium di-
vitias honores et totiusmundi
variam supellectilem contemnit
ut stercora ut solum lucrifa-
ciat Christum. Vanitas omnia que
dispendium salutis afferunt

sordibus aggregandam. Certe quid
et fedius quam inter inmundicias/ inter
honesta uero neque decens saluti im
pedit. sed sola turpitudo/ que
sicut dedecet. sic et inmunda est
et etiam inutilis/ adeo dampnosa
ut nullo temporali emolumento
valeat compensari. Quid
enim homini prodest si uniuersum
mundum lucretur. faciens anime
sue detrimentum. Et vide quia non
dixit mundum utilem ubi salus
perit. sed etiam ubi minimum gloria
decutit. licet virulenter conspicuum
aurum splendeat. et omnibus le
nocinijs suis arrideat mundus.
quicquid inmundicias habens perimit
sordidum. quod decorem anime ex
tinguit. turpe. quod honeste
statem sibi dicit ignominiosum
est. Unde et apud antiquos
et salutifere virtutis ignaros.
omne quod ex debito officii gra
tuitum esse oportet. si fiat de pre
cio. sordibus computatum. Ipsius
quoque precii sic dilatant interpreta
tionem ut nomine precii solummodo pecuniam
non contineat. sed obsequium. omnem
quoque operam. que utique aliis non debentur.
Quod enim ex sordibus est quid
erit nisi sordidum. Non enim potest
arbor mala fructus bonos fa
cere/ eadem via nature constat licet
similia ex similibus provenire.
Ceterum quia et precio et favore
iudicium corrumpitur et infectorum
premissimum equitatis et publice
quietis ministri sunt. quos circum
spectiores et cauciores oportet
esse magis quam sollicitos/ que
illius subiugant examini cum
prudencia credi enim non potest. aut
iusticia corrigi. illud extincte
ut in quo iudicio iudicauerint
iudicentur. et in mensura bona
et confertam et coagitatam et
superfluentem in sinum suos audiat

iusto recipiat. De sacramento iu
dicum et collatione Pitagore et
Allexandri et in quibus rebus
utrarumque partibus possit satisfacere iudex
Et de questionibus captiosis. Capitulum xii

Et quid iudices sacramento
legibus alligant inuitati
quia omnimodo iudicium cum
veritate et legum observancie
dissonant. Cyprus quoque inire tantum
est. ut sacrosancta euangeliorum scri
pture tribiles ante sedem iudicia
lem deponantur. quibus ab inicio
litium ad finem usque permaneat
nec amoveantur nisi sententia reci
tata/ quo totius consistorii lati
tudo dei ipsius presencia repleta.
omnibus ad sacrosanctas scripturas
metum incuciet et reverentiam.
et ab inquisitione veritatis omnes
iniusticias expulserit. Omnis quoque car
nis et sanguinis relegato iudici
aria excellat affectus evacuans
iram et odium metum et amiciciam. Ra
ro ut ait Julius Cesar. Haut faci
le animus verum providet ubi ista
officiunt. Hinc est illud pro
verbium auctore Cicerone apud
antiquos celeberrimum. Exuit
personam iudicis quisquis personam
amici induit. Equitatis enim
tantum iudex obsequium debet. non simul
tati aut amori/ dextra nescit
a veritate non licet in iudiciis
declinare/ ut vel plus indulge
atur amicicie amico. Interdum
dilacio/ contra fiat/ hic tamen ra
ro et non nisi cognita causa.
Porro dum causa anceps est di
lacio protellatur. si non contentionis
scilicet decisio. Alioquin iudicia sempi
terna perpetua parum. Donec
et Greci cum urgeretur ad finem
causam donec causa liqueat. Videntur
patres suos solum apud antipo
des non vidisse. sed expectasse
semper. Ideo et ipsis evenit/ di
citur etiam Paris prepere esse

viatore qui antequam luceret oria-
trassis adiit tenebris luce quam
remota dictam egreditur sed
ne judicet auctor terroris liti-
gatorum. Cum pitagore in longis-
simum tempus sit dilatata peti-
tio. et alexander macedo in caste-
ris judicio sit causa dampnata. sed
et ille acceptum habuit. judicibus
agens gratias quorum meo fidem
probaverat quod iusticia cum pote-
state conferrebant. Nichil non
cum alexandro illo quem publica
opinio magnum asserit in ali-
qua historia meo judicio reperi.
Michi quidem sp ut tua pace col-
loquar, qui amicitatem virtuti pre-
ferunt. ditissimo alexandro paupe-
rior pitagoras maior erit. Quod sit
huiusmodi convivias collatorum phili-
pi et alexandri tergo pompeio
vel justino gandario eius si ma-
gis auctore revolvas. Ait ergo:
Fuit philippus rex armorum quam
conviviorum studiosior, cui maxime
opes erant instrumenta bellorum.
divitiarum quaestus quam custodia so-
lertior. Itaque inter quotidianas
rapinas semper inops erat. Miseri-
cordia in eo et perfidia pari iure di-
lecte. Apud eum nulla ratio vi-
cendi turpis. blandus pariter
et insidiosus alloquio. qui plura
promitteret quam praestaret. In seria
et iocos artifex. amicitias uti-
litate non fide colebat. Gratiam
fingere in odio. instruere inter con-
cordes odia. apud utrumque gratiam que-
rere sollempnis consuetudo erat.
Inter haec eloquentia et insignis
oratio acuminis et sollertiae ple-
na, ut nec ornatui facilitas
nec facilitati inventionum deesset
ornatus. Huic alexander filius suc-
cessit et virtute et vitiis patre
maior. Itaque vincendi ratio di-
versa. hic aperta ille artibus bella
tractabat. deceptis ille gaude-
hostibus, hic palam fusis. Prudentior
ille consilio, hic animo magnificen-
tior. Iram pater dissimulare pleru-
que etiam vincere, hic ubi exar-
sisset, nec dilatio ultionis nec modus
erat. Vini nimis uterque
avidus, sed ebrietatis diversa vitia.
Patri mos erat etiam de convi-
vio in hostem procurrere, se teme-
re periculis offerre. Alexander non
in hostem, sed in suos saeviebat.
Quam ob rem saepe Philippum vul-
neratum proelia remisere, hic in
amicorum convivio frequenter excessit.
Regnare ille cum amicis nolebat,
hic in amicos regna exercebat.
Amari pater malle, hic metui.
Litterarum cultus utrique similis.
Sollertiae pater maioris, hic fi-
dei. Verbis atque oratione Philip-
pus, hic rebus moderatior et
honestior. Parcendi victis
filio animus promptior. Fru-
galitati pater, luxuriae filius
magis deditus erat. Quibus
artibus orbis imperii fundamenta
pater iecit, operis totius gloriam fi-
lius consummavit. Ast in uno
homine pater, sed omnium ingenium ex-
cessit vitia, et in eo tantum
sive fuit invidie, adeo ut
patri triumphi et latinas
extorqueret, atque ei utrumque patria
omnium gentium receperit gloriam. Ac
Eos etiam aut propriis manibus
interficiebat aut rapi precipe-
bat ad penam qui patrie virtu-
ti preconia predicabat. At Pita-
goras apud philosophos tante extitit
auctoritatis ut ad omnium questionum
decisionem sufficeret ut si in pre-
cedentibus pitagoras extitisse
tantum illa opinio probari
poterat ut nichil quale steterat
ab opposito dum hec ipse dixis-
se diceretur. Et ex usu adgestum

cum vox ipsa pronomis Pita-
goram inditabat. Cum enim si-
plicat dicebatur. Hic ipse dixit
exrecepta auctoritate teste Tullio
Pitagoram intelligi oportebat. Hic
tamen tota auctoritate sua neque
quam iudicari fleret. sed adhuc
in tenere mente dilatione pro rei
ambiguitate pendet sua. Hec
materia quidem huiusmodi est. Evathlus
adolescens dives eloquentie di-
scende gratia causasque orandi
cupiens fuit. Is in disciplina
Pitagore se dedit promittens pe-
cuniam quam tamen Pitagoras pe-
tierat data in dicit antequam
ingreditur datum alteram quo
primo die causam apud iudices
perorasset et vicisset. Postea cum
diutius auditor assertorque
Pitagore fuisset satisque pro-
movisset a studio et tirsesse pre-
longiori causarumque tibi promi-
vent denegaret ut putabatur ne
doctoris duplex in cederet habi-
to consilio litem cum eo Pitago-
ras contestatur. Cum ergo ad iudi-
ces iniunde constituende que tam
convenissent gratia Pitagoras sic
exorsus est. Disce inquit stultis-
sime adolescens utroque id mo-
do fore, uti reddas quod peto
sive pro te pronunciatum erit
sive contra te. Nam si contra te
sis lis data erit merces mi-
hi ex sententia debebitur, quia ego vi-
cero. Sin vero secundum te iudicatum
erit merces michi ex pacto
debebitur, quia tu viceris. Ad ea
pallide Evathlus optime inquit
hec tam ancipiti captioni isse
obviam si verba non ipse facerem
atque alio patrono uterer. Sed ma-
ius in ista victoria prelundium
est cum te non in causa tantum sed
in argumento quoque isto vince-
ro. Disce ergo tu magister sa-
pientissime utroque modo fore uti non
reddam quod petis, sive contra
me pronunciatum fuerit sive pro
me. Nam si iudices pro causa mea sen-
serint nil tibi ex sententia debebitur
et ego vicero. Si contra me pro-
nunciatum fuerit nil ex pacto debeo
quia non vicero. Sic adolescentie
discipulus eloquentie inclitus suo
argumento constitutus est et captiose
consute et excogitate frustratus
fuit officio. Tum iudices ut an-
ticane verbis vetera historie dubio-
sum hoc inexplicabile quid esse
quod utrimque dicebatur rati ne
sententia sua utramque in partem
dicta ipsa sese rescinderet rem
iniudicatam relinquunt. causamque
in diem longissimam procrastinates.
Hec interim refert ad propositum. Pita-
goras an Pitagoras fuerit. Quintili-
ano et Gellio placet litiga-
vit. Nec enim vis est in nomine
quod constet rem ambiguam sive
temere diffiniri non posse.
Sunt autem multe captiose ques-
tiones que tutius et commodo-
sius sepe in iudiciis differuntur
quam accelerarentur. Unde et apud
dyalecticos genus hoc tritum appellatur
et a grecis via ubi quicquid verum
esse statueris falsum reperitur. Et si
plerique in hiis per exceptionem doli
mali possit res separari et termi-
natis ipsa vis interdum queat
mitigare rigorem, nisi urge-
tissima rerum necessitas cogat
in talibus sententiam expedit differ-
re quam ferre. Vere a puero
didicisti quia in questionibus
que habent positiones im-
plicatas et que latent in-
volutas contraria laboriosa
solutio est nisi forte te an-
tiquo illo rectore sepulto tamen
rem ne credas sompnio

Agamenoni dictum est in sompnis
dum in excidio Troie Grecia la-
boraret. Cumque plurimi interp-
tatores somni convenerint cete-
rorum sapientissimi scrutaciam
laborantes vidi ceteros plurimos
dum questum an quis dicit ex
eo melius verum dicat. Sed
neminem vidi qui Scillam pe-
taret et Caribdim iusti debita
aut pretium sustinuerit hoste
at in litigiosis disputationibus
scolasticis sine periculo ista ver-
santur. Sed ubi ad forum ve-
nitur est in quo maius osten-
tatur ingenium conquiescit et
seria duntaxat agitantur
sine periculo litigatorum aut
iudicis in finem periculo non
caratur. Licet est ut opinor
quicquid utilius quam periculum
differre si omne periculum non potest
iniquissimum tamen est in rogata
protellari cum altercantis litiganti-
bus periculum utilitas et veri dif-
ficultas mora non officit. Cum-
que igitur expediri potest accelerandum
dum est quod consultius tractari in
agere differendum. Quando iudi-
cium debeat ordinari et de recep-
tione sacramenti calumnie quod ex-
hibere prestant actor et reus
et quid immineat illi qui iu-
ramentum subire detractat. c.xiiij

Ut vero rerum veritas citius
illucescat et litigatores
ipsos personas videlicet
principales ante ad litem
iudex admittit quam ei prestito sa-
cramento faciant fidem quod iusti-
tie sue insistant et calumniam
omnem faciant procul. Actor qui-
dem iuret non calumniandi
animo litem movisse sed
existimando bonam habere cau-
sam et nil in tota ~~fide~~ lite
faciet calumniose ut licet

probatio ut dilatio frustratoria
exigitur sed eo solum quod in-
stitia videlicet exigere. Reus autem iura-
bit quod putans se bona iusticia
uti pervenit ad reluctandum et quod
in nullo postea litis articulo
calumniose usabitur non petet a iu-
dice vel adversario exigens quod
pro veritate prestat ex iudicio iusticie
exhibendum. Alterque vero iuramen-
ti sui extrema clausula hic re-
plectetur ut iuret se nil
dedisse aut promisisse aut da-
turos esse vel per se vel per media
personas sive iudicibus sive aliis
quibuscunque personis pro ea cau-
sa exceptis hiis que advocatis
et quibuscunque aliis tales primi
de iure industria prestari licet.
Quod si actor sit iurare recusa-
verit exclusus a lite cadit ab
actione tamquam improbus liti-
gator. Reus vero detractans
subire iuramentum habetur pro
confesso et similiter damnatus ex-
pectat. Sed et ipsi patroni cau-
sarum quo fidelius possit esse
examinatio ab ipsa causa status
litis iuramento artantur ad
veritatem et fidem iurantes
quod cum omni virtute sua cum
ope quod iustum et verum existi-
maverint clientibus suis in-
ferre procurabunt. Nil studii
relinquentes prout tamen possibile
est et quod ex industria sua non
protrahant lites. Nam oportet
a iudicibus eas infra biennium
vel terminum terminari. Propter
quod advocatos pari distribucione
partibus exequabit sive eos
petierint sive non ut equimo
in arte possit causa proce-
dere. Licet cum paritas et in-
virtut cauto et vivacitate ingenii

consilii profunditate, et opinione
sue/ et non auctore consistit
Licet enim omnia si fieri potest apud
partes quadam equitate/ fluere
liberavit. Et si unius patroni
est fama illustrior ex officio iu-
dicantis prout poterit parti
adversarie compensabit Verum
tamen alterius litigatorum ar-
cana penitus non patrocina-
bitur adversario. nisi forte cir-
cumventa iudicis separatim cum par-
tibus aliquis contractatur/ ut alteri-
us partis defensionis copia subtrahatur
Licet est quia a iudice monitus si-
ne excusatione probabili possit tam-
en neque parti patrocinium denegare
nisi prius sibi precludi velit in
permodum in causis agendis
introitum audiatur Si non prevari-
catus fuerit advocatus in contro-
versiam oportet pro qualitate
commissi penam gravissimam exe-
ri Munus si quidem patrocinii
fidelissime implendum est/ et sic
adversariorum iniuria declinandis
viamque non probris contendendum
est et ex dicto principis patitur
opinionis dispendium/ quisquis
negotio derelicto proprias in
adversarium suum contumelias aut pa-
lam pergit aut subdole sed
licet patrono vincens ex causa
honorari debeat contingatorem
vel redemptorem litium esse non
licet ut certe partis emolumen-
ta cum onere sancio litigatoris
et quadam depredatione paciscatur
Verum autem pro nimis allegaverit
presente domino nisi ex continenti
id est infra primum triduum con-
tradixerit/ sic dicit promovit veri-
ficaverit in illo ledit fama eo
si vel ommisit exstingueretur
et clientis sui iustitiam fideliter
fecit/ non enim tegit prevaricat

vindicans Siquid vero lesionis affert
causa in litigatores cadit. sive ci-
vilis sive criminalis actio sit/ hec
aut quecumque sit sententia diffinitiva
declarat que reos condemnat vel
absolvit/ et interdum maiores acto-
res ~~et interdum~~ consultissime
arbitratis effundit aculeos
penam ut criminalibus teneantur in quibus
est eadem similis invenire Accu-
satoris temeritas tribus modis
detegitur/ tribus quoque subiacet penis
Aut enim calumniantur/ aut preva-
ricantur aut tergiversantur Est
autem calumniari crimina falsa
intendere Prevaricari vera abscon-
dere At in universum ab accusatione
desistere tergiversari est Sed lege
Remmia calumniantes ad
vindictam possunt simulatio suppli-
cii Ita tamen ut pagina reus abso-
lutus fuit tamen sibi accusatoris
consilio et incepte consisterit
si iusto errore lapsus est absol-
vitur/ Si non inceperit ca-
lumnia deprehensus est pena legit-
tima condemnatur Et ipsius
pronuntiatoris manifesti verbo-
rum si pronuntiatio est non pro-
bata perpetrat actori Si non ca-
lumniatus est. condemnat eum/ et
licet de pena infamie vel
subiecerit tamen potius legis
adversus eum extrabit adeo ut
importet infamiam De ratione
instrumentorum

Capitulum xv

At in ipsa discussione
consilii tam in civilibus
quam in criminalibus causis
ad examinandas proba-
tiones instrumentorum ratio habeatur
Et quid instrumenta dicuntur omnia
quibus causa instrui potest sive sit

testimonia sive testes vertantur
illis potiora sint / eo quod testes
testimoniis preferuntur. Nam cum
testes examinari possit testimonia sem-
per apud quem eadem sunt. Quia ipsa
vero testium examinatio non potest cer-
ta regula diffiniri quid magis
iudicem sequi oporteat. Si testes
omnes eiusdem honestatis et exti-
mationis sint et negotii qualitas
ac iudicis motus cum his concurrit
sequenda sunt omnia testimonia.
Si vero quidam eorum aliud dixe-
rint licet impari numero credendum
est quod nature negotii conveniat et quod ini-
micitie aut gratie suspitione
caret. Confirmabit quoque iudex mo-
tum animi sui ex argumentis
et testimoniis que rei aptiora
et vero proximiora esse compererit.
Non enim ad multitudinem respici oportet
sed ad sinceram testium fidem et te-
stimonia quibus potius lux veritatis
assistit. Crassus quoque presidentibus
frequentissime stabit donec probet
contrarium. Alia et Salomon cum in li-
tigio mulierum infantem dividi pre-
cepisset et altera cum mallet alteri
vivum tradi. ipsa tamen clama-
te. nec mihi nec tibi sit. sed divi-
datur. Alia infantem vivum resti-
tuendum censuit que non acquie-
vit ut vivus moreretur. Argumen-
to sequendum probabili trahebatur ut
matrem crederet que diligebat. Cum
opinionem eius aut fidem adver-
sa probatio nequaquam evacua-
ret. Unde et Divus Adrianus
rescripsit indicans delegatus in-
examinatorem testium facultatem. Et
verba quidem epistole hec sunt. Tu
magis scire potes quanta fides
habenda sit testibus qui cuius
dignitatis et cuius estimationis sint
et qui simpliciter visi sint dicere
utrum unum eundem et sermonem
meditatum attulerint an ad

ea que interrogaveris ex parte veri-
similia responderint. Que argumenta
et quemadmodum cuiusque rei probande
sufficiant nullo certo modo satis diffi-
niri potest. alias numerus testium alias dignitas
et auctoritas alias veluti consentiens
fama confirmat rei de qua queritur
fidem. Hoc igitur solum tibi rescribere
possum summatim non utique ad unam
speciem probationis cognitionem statim
alligare debere. Sed ex sententia ani-
mi tui te estimare oportere. quid
aut credas. aut parum probatum
tibi opineris. Audiri eo plurimum
licet quod in omnibus veritatem
que si ut solet aut improbos
vel illitari cognoverit ad professionem
eius qui necessarii fuerint e-
vocabit et ad testimonium compellet
invitos. His tamen exceptis
adversus certas personas testificari inva-
tos cogunt. Quod pertinet ad
religionem presidentium et presidis
et ordinariorum iudicum et que
tunc crimina pro ... c. ...

Ne potentiores viri humiliores iniuriis affici-
ant ad religionem presidis pertinet. Proinde ne potentio-
res viri humiliores iniuriis affici-
ant humiliores / ne de-
fensores eorum calumniosis
criminibus insectentur innocentes.
Prohibebit quoque illicitas exactiones
et violentias factas. et extor-
tas metu venditiones. et cau-
tiones / vel sine precii numeratione
re et ipsam provinciam prebendis
hospitiis oneret. Congruit
cum bono et gravi presidi curare
ut pacata et quieta sit pro-
vincia / quod facile optinebit
si sollicite agat / ut malis ho-
minibus provincia careat eos-
que conquirat. Nam et sacri-
legos latrones fures plagia-
rios conquirere debet. Et prout
quisque deliquerit in eum anim-
advertere. receptatores eorum

sine quibus satis dignus sale-
nus est. Cum vero ius reddent
observandum est ut in adeundo
quidem facile se prebeat. sed con-
temni non patiatur. Unde Man-
datis additur. Ne presides in ul-
teriorem familiaritatem provincia-
les admittant. Nam ex conver-
satione equali contemptus nascitur
dignitatis. Et sentiam ita ius
reddi debet ut auctoritatem dignitatis
ingenio suo augeat, sed et in
cognoscendo neque excandescere
adversus eos quos malos putat
neque precibus calamitosorum illa-
crimari oportet. Id enim iusto (?) et
constantis et recti iudicis cuius
motum animi vultus detegit.
Iracundia enim in viro gravi defor-
mius, quin si ad iram generi
pallent. cutis in rugas contra-
hitur. scintillant oculi. turbatur
vultus acsi sanguinem facies ira
attendit et quasi excludit in
superficie, spumantia torquentur
labia, brachia iactantur. sali-
unt pedes. corpus trepidat, et
toto gestu non tam iratum expri-
munt quam insanum. Certe cum
tales video compatior illis
minus quam metuo, memor ho-
minum quos in Affrica esse
in libro naturalis historie apud
Plinium audivi. Dicunt enim affa-
scinare voce et lingua ut si
impensius forte laudaverint
pulcras arbores, segetes ame-
niores. letiores infantes. equos
egregios. pecudes pastu et
cultu optimas. repente moriantur
aut pereant. effascina-
tio quoque oculorum excitatus e(st)
Refert idem homines esse in
Illiricis qui interimunt visu

quos diutius irati viderint
eosque ipsos mares feminasque
qui visu nocentes sint pu-
pillas in singulis oculis ge-
minas. Appollonides quoque perhibet
in Scythia nasci feminas que bithie
vocantur et easdem in oculis bi-
nas habere pupillas et perimere
si quos visu forte irate aspe-
xerint. Vereor ne his cogna-
ti sint iudices iracundi. Traduntur
etiam phizonomi eos qui ha-
beant oculos maculosos ad ne-
quiciam promptiores. Que vero
de presidibus aliisque iudicibus
dicta sunt debent et apud
proconsules quos nostrates
burgravios dicunt iusticias exe-
cuntes obtinere. Et nomen
quidem erroris, et si non officio
presumitur tamen eorum convenit qui
cientes per concupiscentias suas
in fectam (?) avaricie et depredacio-
nem peccatum a tramite equi-
tatis oberrant. Debent autem
officia omnium esse gratuita, ut
nihil extra statutum exigatur vel recipi-
atur. Sed forte quid statutum
sit queris. plebiscito continetur
ne quis presidum munus donum vel ca-
peret nisi esculentum potulen-
tumve. Et idem quod intra
dies proximos prodigatur. Sed
et ad proconsules aliosque ma-
gistratus ex mandato porrigitur (?).
Non vero in toto debent
exeniis abstinere. sed modum
adhibere, ut nec in to-
tum abstineant. nec avare
modum exeniorum excedant. Di-
vus Severus et imperator Antho-
ninus elegantissime sunt episto-
la moderati. Cuius epistole verba sunt
hec. Quantum ad exenia pertinet

aut quod sentimus dictis respon-
dendum est. Lex omnia. ut semper
vet ab omnibus. Illa valde in-
humanum e[st] quemque accipere,
sed passim vilissimum est et per
omnia avarissimum. Quod autem
in mandatis continetur ne domi-
nus vel minus ipse Consul vel
qui in alio officio erit accipi-
at emat ve. quod nisi pretio
quotidiani causa quid ascen-
a x iam non pertinet. sed ad ea
que edulium excedant usum.
Sed nec exenia producenda sunt
ad numerum qualitatum. Licet
enim patrocinium iustum possit
vendere advocatus et peritus iuris
sanum consilium, iudicium ven-
dere omnino non licet. Cicero
cum in palatio domum vellet eme-
re et pecuniam in presens non ha-
beret a Silla qui tunc reus
erat mutuo sextertium vicies
tacite accepit. ea res priusquam
emeretur prodita est et in vulgus
exiit. obiectum quoque est ei quod pre-
tium domus emende causa
reo accepisset. Tunc Cicero in
opinata obprobriatione permotus
accepisse negat domum se dom[um]
non esse empturum. Atque adeo
falsum est inquit quod obiciat-
ur verum sit me pecuniam acce-
pisse si domum emero. Sed
cum postea emisset et hoc men-
dacium in Senatu ei ab ini-
micis obiceretur, risit satis
atque inter ridendum. imprudentes
homines estis. cum ignoratis
prudentis et cauti patrisfami-
lias esse quod emere velit em-
pturum se negare propter compe-
titores emptionis. Sic itaque quod
inficiari non poterat. urbano
facete quoque diluit dicto. verum ma-

gis digna fama res est quam Cimo-
nis familiare. siquid habebat ut qu-
ciens obiectum sibi negare non pos-
set. visione oculata illud elu-
deret. Amplectende memorie
et imitande sanctitatis siquidem ponti-
fex Eugenius quem vidisti, illum
omnino munus quo litigat recipie-
bat, aut cum litem cederet munere.
Unde cum in adventu suo prior quidam
modice facultatis, cuius causam non-
dum audierat, ei marcam auri de-
votione instante offerret: Non-
dum inquit domum ingressus es. et
iam vis corrumpere domum. Corru-
ptor magis sanctitatem eius credidit
quicquid offerrebat iudicii li-
te pendente. Bernhardus quoque
Claravallensis monachus et sanctorum
Cosme et Damiani diaconus
cardinalis Rome degens. in
excelsis singulariter habitavit ex-
cuciens manus suas ab omni mu-
nere ut non dum natus sit cuius aurum
vel argentum in munus acceperit.
Quid referam Martinum qui con-
tra morem a legatione pauper re-
diens cum ab episcopo Florentino e-
quum sibi necessarium magna
compulsus instantia accepisset
eundem restituit donatori, et quo-
eius ab inimicis dati muneris cau-
sam in ecclesia Romana ventilanda-
m habuisse cognovit. quod ad plenius
sanctus Bernardus Claravallensis
abbas qui cum perfectius nove-
rat refert in libro doctrinali quem
ad sanctum Eugenium de contem-
platione vel consideratione scribit. Ta-
ceo quod vestris pro Gaufre-
dus Carnotensis legatus Aqui-
tanie provincialium munera non
accepit nisi in causa esculenti
et poculenti. et hoc fecit cum summa
frugalitate, sed ea que in exenio
in ratione offerrebant ut sacri-
lega contemnebat. Testatur sanctus
Bernardus Claravallensis. Eos
pistores quos vulgo sturiones
dicunt, adeuntes quondam legatos

sive cliens gratis accipere noluit
vel ante adquievit offerret,
improbitati quae ei pro admisso
crimine poenam irrogaret. De crimine
repetundarum quo tenentur et praesides
et iudices qui aliquid oblatum acce-
perint praeter eas res quae sunt sibi
ex officio faciende et de dampnis quae
docet iura [illegible]. c. xvii

Sed crebrescentibus vitiis
etiam in clero sunt hodie
continentie tante exem-
pla rarissima, cum tamen
de censura legum summa
continentia magistratibus omnibus
sunt indicta, adeo quidem ut
qui ordinariam gesserit potesta-
tem, quicquid extorsisse delega-
torum titulo profligavit, id stipen-
dio pudoris ac fortune, id est
